



G. 173.

V. I. 819

234

~~1412~~

*Q. D. B. V.*

IO. DAVIDIS KOELERI P.P.  
*SCHEDIASMA HISTORICVM*  
DE  
**N V M I S M A T E**  
**IACOBI GRANDIS DE CARRARIA**  
DOMINI I PATAVII  
INTER RECENTIORA FORTE VETVSTISSIMO  
EXPOSITA SIMVL  
**S V C C E S S I O N E C A R R A R I O R V M**  
IN DOMINATV PATAVINO  
AD ILLVSTRATIONEM HISTORIAE  
SECVLPI P. C. N. XIV.



---

*ALTOIFI NORIC.*

APVD IOD. GVIL. KOHLESIVM BIBLIOPOL. ET TYPOGR. ACAD.

A. O. R. C<sup>o</sup> 1000 XVII.

21 T 810

IO DVAVIDIS COTTERIUS  
SCANDINAVIAE ORBIS  
HISTORICAE  
ALIAS  
COR GRANDE  
DOLIS HISTORIA  
SOCIATIONE ORTATORUM  
ATAS  
ETC.





3

SCHEDIASMA HISTORICVM  
DE  
NUMISMATE  
IACOBI GRANDIS DE CARRARIA  
INTER RECENTIORA FORTE VETVSTISSIMO.



I.

Enius seculi amat numismata, approbat foecunditatem ingeniorum hoc in studio operorum, et semper aliquid noui, venusti, ac inusitati molientium, extollit eam laudibus, ac largissime remuneratur. Introit⁹ ad descriptio- nem numis- matis Car- rariensis  
Hoc fauore seculi ergo fretus, rem non ingratam, neque a voluptate eruditorum abhorrentem me facturum confido, si in lucem etiam produxero numisma, non nouum quidem, et ingenioso aliquo symbolo conspicuum, sed inter recentiora, quae in nummophylaciis affervantur, forte vetustissimum, et pristina sua simplicitate radians, ac nunquam nostris in oris visum, neque in patria sua satis notum. Est hoc numisma *Iacobi Grandis de Carraria*, qui primus in sua gente, Venetis postea tam graui et infesta, seculo P. N. C. XIV dominatu Patauino inclaruit, in quo non tantum vultus et insignia eius eminent, sed etiam titulus nota temporis, in historia tam utilis, legitur.

II. Nam exhibet numisma in anteriore facie sua *Iacobi Grandis de Carraria* effigiem blandam et consentientem elo- Antica no-  
mifinatis de-  
scripia.  
gio eius dato a Bern. Scardeonio (a). Caput coniectum est mitra, cuius apex in occipitum reclinat. Sub ea appetat cu-

A 2

cullus

(a) *de antiquit. urb. Patau. et cl. ciu. Patau. lib. III. cl. 13. p. 274.*  
Statuta fuit mediocri, aspectu benigno, et humanissimis moribus.

SCHEDIASMA HISTORICVM

cullus fasciola mentum ambiente. Pectus simplici amiculo velatum est. Effigie circumscriptus est titulus:


IACOBVS GRANDIS DE CARRARIA I. primus

D. Dominus AN. anno MCCCXVIII.

*Quis fuerit Iacobus expreslus fuit filius Marsili de Carraria, et cognomen Grandis de Carraria. dis tulit secundum Scardeonium, vel ut ab altero Iacobo quodam maiorum suorum ab Ezelino A. 1240 obtruncato (b) distingueretur, vel illud accepit a virtute et autoritate, quibus ita cunctis praetitit, ut esset et dici merito posset ne dum Grandis, sed etiam Grandissimus. Mihi vero videtur, eum hunc titulum vel assumisse ex aemulatione laudis et elogii Scaligerani, vel attributum a ciibus non respuisse. Canis Scaliger enim, Alberti F. quintus Veronae princeps, hostis infensissimus Patauinorum, constanti merito ea tempestate Grandis cognomine (c) gauisus est, non a proceri corporis statura, quae vix in eo fuit mediocris, sed a magnitudine inuiti liberalisque animi, et perpetuo illustris vitae splendore, quo vel opulentissimos eius aetatis principes antecessit. Nimurum ut Patauini haberent etiam heroem grandem, quem Veronensibus suo Cane ferocientibus opponerent,*  
Iaco-

(b) *Iacobus Philipp. Tomasinus lib. IV. comment. de gymnasio Patau. p. 357. A. 1237 coram Friderico II imp. Iacobus de Carraria in casulis ad Coitum Mantuae Ecelinum interficere tentat. Anno sequenti a Patauini infelicer pugnatum, et a. 1240 Iacobo Carrariae caput amputatum iussu Ecelini destructo Agnae oppido. Idem autor huius Iacobi epitaphium affert in urbis Patau. inscript. sacr. et prof. p. 65. Hic humi iacet Iacobus de Carraria, miles strenuus, qui supra pontem S. aedi proximum fuit capite plexus A. D. MCCXL ab inita Actiolini tyrannide tertio.*

(c) *vid. P. Iouius eleg. lib. I. p. 110. Onuphr. Panuinius antiqu. Veronensi. lib. VI. p. 168.*





DE NUMISMATE IACOBI GRANDIS DE CARRARIA.

Iacobum de Carraria autorem et ducem in defendenda patria aduersus Canis assultus ex merito pariter Grandis titulo insignierunt.

**IV.** Patauii dominatum attributum in numismate <sup>Cur Patauii</sup> Iacobus consecutus est non ambitus prauis artibus, et <sup>dominus di-</sup> patriae libertatis oppressione, sed eum promeruit sua vir-<sup>catur.</sup> tute bellica et strenua vrbis defensione. Praetor Patauii pri-  
mum aduersus Vicentinos A. 1314 exercitum duxit, sed in-  
auspicato. Profligatis enim copiis a Cane Grandi Scaligero,  
qui Vicentinos tuebatur, Iacobus in numero c. 13 captiuo-  
rum praecipuis extitit. In hac captiuitate fregit suis moni-  
tis Canis impetum in Padua expugnanda, paceque summa  
solertia conciliata et saluti patriae, et libertati suae consuluit (d).

A 3

Postea

(d) *Dicta confirmant anonymus in codice Molinaeo post Rolandini hist.*

A. 1314 D. Canis de la Scala cepit Iacobum de Carraria, et secum duo millia, et facta pace propter hoc cum D. Cane dicti carcerati relaxati sunt. *Cortissi in hist. de nouitatibus Paduae lib. I. c. 23.* Capti fuerunt ea die mille quingenti, inter quos fuerunt Iacobus de Carraria - - - fuit hoc a. 1314 die 16 Sept. Hoc triumpho animus D. Canis eleuatur in altum, et conuocatis gentibus in auxilium, scil. Guil. de Castelbarcho, Giberto de Corrigio domino Parmae, Passatino de Bonacossi domino Mantuae, ait illis, de quibus multum confidebat: Equitamus versus Paduam, eam habere puto, vel montem Silicem. Huic proposito D. Iacobus taliter obviauit Ait enim D. Canis: Virtus Paduae magna est, cui fauet Tarvisium et Bononienses, iam equitarunt versus Est. Wade, si vobis placet, ibo Paduae, vt pacem componam, quam nemo est ausus Paduae nominare. His verbis D. Canis annuit, et receptis ab eo obfidibus Marsilio nepote D. Iacobi, et Iacobino F. Nicolai de Carraria, D. Iacobus cum D. Vannide de Pisis Paduam equitauit, qui exposuit dolores et angustias Paduanorum, qui erant cum ipso Veronae et Vincentiae carcerati. Supplicans igitur Paduanis de pace pro consilio saniori ei Macharuffus de Macharuffis contradixit, pa-  
lam

Postea cum A. 1318 Patauini denuo affigerentur a Cane Scagliero , ne quid respublica hoc in periculo detrimenti caperet , omnium suffragiis Iacobus de Carraria princeps et capitaneus generalis ciuitatis creatus est ; quod diligenter annotarunt tam Patauini , quam alii scriptores (e) , consente ntes non solum cum anno in nummo signato , verum etiam diem indicantes , quo Iacobo principatus patriae est delatus .

V. Pri-

Iam allegans mortem D. Barnabouis eius fratris ; et veteres inimicitias inter commune Paduae et illos de Verona iam longissimo tempore constitutas . Postremo pax conuenit hac forma , quod Paduani extrinseci debeant perpetuo forbanniti , et quod carcerati libere relaxentur , quod factum fuit eodem anno die VII Octobr . conf. Tommasinus lib. IV. de gymn. Patau. p. 365. Panuinius l. c. lib. VII. p. 206.

(e) *Anonymus in codice Zabarellis post Roland.* A. 1318 D. Io. Molino de Venetiis potestas Paduae a prima die Iunii vsque ad KL. mensis Decembr. et tunc cassatus fuit supra scriptus capitaneus D. Obizo , et factus fuit capitaneus generalis ciuitatis Paduae D. Iacobus de Carraria in consilio maiori quasi per omnes tam magnates quam populares in festo S. Iacobi die Martis septimo exeunte Julio . *Anonymus in codice Molinaeo post Roland.* In mense Iulio die S. Iacobi dominium Paduae datur D. Iacobo de Carraria . *Anonymus in alio MSCro antiquae notae ad Roland.* Eo anno in consilio maiori communis Paduae electus fuit capitaneus generalis populi Paduani D. Iacobus de Carraria per omnes magnates et populares in festo S. Iacobi die Martis VII exeunte Julio . *Tommasinus de gymn. Patau. lib. IV. p. 365.* A. 1318 die 24. Iulii Iacobus Carrariensis proclamatus est dominus ciuitatis , cuius regimen felici moderamine annum unum et menses tres duravit . *conf. Cortusii in hist. de nouitateibus Paduae f. 32.* Bonifacio in Hist. di Trinigi lib. 8. Scardeonius p. 274. Iacobus Salomonius in ristretto delle guerre de Paduani con esteri praefix. Inscript. agri Patau. p. 9. Franc. Verdizotti de fatti Veneti p. 231. Fr. Sansouino della origine e dei fatti delle famiglie illustri d'Italia p. 401. Onuphr. Panuinius l. c. lib. VH. p. 207.

*V.* Primus autem Patauii Dominus Iacobus de Carraria in numismate salutatur, quoniam post Ezelini (f) destru-

*Cur Pri-  
mus dicis-  
tur.*

ctam tyrannidem primus fauore ciuium summam potesta-

tem

(f) Tam celebris est in Italia Ezelini tyrannis, quam in Sicilia olim famosum fuit Phalaridis et Dionysiorum saeuum ac violentum imperium. Fatale hoc portentum Lombardiae a diuersis diuerte appellatur, Eccelinus, Actiolinus, Icelinus de Romano it. de Onara. Fuit tertius huius nominis ex sua gente, et filius Ezelini II, dicti Monachi, natus a. 1194. Ab a. 1226 extitit princeps Gibellinae factionis in Italia, impigreque defendit Caesaris Friderici II maiestatem contra Guelfos. In tuenda vero Caesaris iis in locis auctoritate simul tam bene prospexit suis commodis, ut occupatis egiis oppidis Verona, Vicentia, Tarvisioque a. 1226, et Patauio a. 1237 per proditionem capto, omnibus vicinis potentia formidolosus fuerit. Potitus tot oppidis tanta impictate ac saevitia in humum genus grassatus est, vt, explendae crudelis cupiditatis causa, supra triginta hominum millia, pro libidine trunculentii ingenii sui, sustulisse vario mortis genere dicatur. Hinc eum non ex patre Monacho, sed ex daemone, a quo nocte se compressam fuisse mater affirmauerat, prognatum fuisse omnis populus credit et asseruit. Ipse tamen cum sparsum in se famosum hoc carmen legisset :

Accipitrem milui pulsurum bella columbae

Accipiunt regem, rex magis hoste nocet.

Incipiunt de rege queri, quia fanius esset

Milui bella pati, quam sine Marte mori;

se non esse accipitrem dixit, qui columbas deuoret, sed bonum parrem familias, qui domum scorpionibus purget. Tandem ad hanc immanem belluam, humani sanguinis infamabiliter stibundam, tollendam consurrexerunt a. 1256 omnes Lombardiae populi, cruciatam expeditionem indicente Pontifice, atque Ezelinum Insubriae etiam inhantem grauissimo bello adorti sunt. Brixiae intento, Pataniū, caput dominatus arcemque potentiae, felici

*exp* -

tem Patauii tenuit, quae respublica ab eo tempore a priuata vnius dominatione libera, et quasi sui iuris fuerat, excepto nexu, quo antiquo iure tenebatur imperio Romano Germanico (g). Eiusmodi noui dominatus eo seculo passim in Italia

*expugnatione a foederato exercitu subductum est. In huius iacturac ultionem XII millia Patauinorum sociorumque, quae in suis castris habuit, Ezelinus diuersis suppliciis necari iussit. Exercitum postea trans Abdiam traiciens prope Cassanum a. 1259 d. 14 Sept. memorabili praelio victus, captusque fuit. Saucius ex vulnere accepto paulo post Soncini anno aetatis LXV, quem spiritum supplicio debuerat, exhalauit, postquam per XXXIII tyrannidis annos multas et egregias Lombardiae ciuitates oppresserat. Veneti bellorum reliquias persecuti Albericum Ezelini fratrem, Taruiso pulsum, cum uxore liberisque obruncarunt, ne quisquam aut ad scelus nonum, aut ad vindictam ex tam sanguinaria domo supereffet. vid. praeter scriptores Patau. et Veronenses Rolandinus Grammaticus in libr. XII de tyrannide Eccelinorum de Onaria, et Petrus Gerardus de vita et rebus gestis Ezzelini III. Patauii 1544.4. qui testes fuerunt oculares. conf. Platina hist. Mantuanæ libr. I. in fin. et libr. II. p. 68. Sabellicus Ennead. IX. libr. VI. p. 571. et hist. rer. Venet. Dec. I. libr. IX. p. 155. et 161. edit. in 4. P. Iouius libr. I. elog. p. 68. in 8. Petr. Iustiniani hist. rer. Venet. libr. III. p. 40. Io. Bapt. Verus rer. Venet. libr. I. p. 94. Iac. Philipp. Bergomenis in suppl. Chronic. libr. XIII. f. 311. Car. Sigonius in hist. de regno Ital. libr. XVII. p. 36. et libr. XVIII. passim, et libr. XIX. p. 93.*

(g) *Patauum sub imperio fuit regum Italiae, quorum ultimo Berengario II ab Ottone M. Rege Germaniae deuicto, et regno Italiae in patrimonium gentis Germanicae redacto, Patauum, utpote huius regni oppidum, eidem paruit, liberum tamen; quae libertas vero in eo posita erat, ut leges, consuetudines, iurisdictionem, magistratus, vecrigalia sui ferme iuria atque arbitrio haberet, ita tamen, ut sacramentum regi diceret, et annum tributum penderet. Quocirca alium sibi praefectum rex in urbe, alios ciuitas ipsa constituit.*

Italia exoriebantur, postquam pleraeque vrbes fama et opibus celebres subita animorum inclinatione, praesertim in turbulentio illo Italiae statu, a. 1313. post Henrici VII imp. mor-

B tem

stituit. Ac quem quidem rex ad iura reddenda et populum in fide continendo in urbe, vel in prouincia collocauit, is Missus, sive Nun-  
cius, sive legatus, item Vicarius Imperatoris vocatus est. Quos vero populus ad regendam ciuitatem, et iura moderanda posthac creauit, ii consules duo aut plures fuerunt, qui quotannis creari aut apud episcopum ciuitatis, aut apud nuncium regis iurarunt, vid. Sertorius Vrsatus in hist. di Padoua lib. III. Signorius de regno Ital. lib. VII. p. 175. Deinde aucta fuit hanc libertau ab imp. Henrico IV, qui Patauinos sui maxime studiosos Milonis episcopi propinquui sui, et reginae Bertae uxoris rogatu maiori immunitate, et carroccii usq; a. 1081 donauit, inde Patauini carroccium suum Bertas nomine appellarunt. Tunc quoque restitutum fuisse consulatum, ab Othono quidem introductum, sed aliquando intermissum autumant scriptores Patauini. vid. Fr. Salomonius in fastis Praetoriis Patau. subi. inscript. p. 562. conf. Signorius de R. Ital. lib. IX. p. 227. Durauit hic magistratus usque ad a. 1175, quo Patriis et populo decertantibus, consulum creatio est intermissa, et praetor annuis primis, quem vulgo Podestà appellabant, a Patauina republica est electus. Hic nunquam fuit ciuis et indigena, sed alienigena quidam, fide et virtute conspicuus, quod ciuibus et patriae saluti fuit, ita nempe acumulatio, et dominandi libido, bellorum ciuilium fomes, auferebatur. vid. Salomonius l. c. Fr. Sansouino in familia Martinengha p. 299. du Fresne in Glossario med. et inf. Lat. T. III. p. 367. Postea aliquatenus, sed inceris vicibus consularis dignitas est restituta, verum a. 1204 penitus fuit extincta, et praetores solum reipublicae praefuerunt. A. 1237 Marino Baduario Veneto ab Ezelino tyranno praetura est abrogata, sed vrbe a. 1256 in libertatem vindicata nouus praetor est electus. A. 1294 duo praetores creari coeperunt, quorum alter KL. Ianuarii, alter vero KL. Iulii magistratum inibat, vid Salomonius

tem (h), sibi dominos constituerant, qui praefectura Augustali (i) apud se antea functi erant. Ita Scaligeri Veronam sortiti sunt, Estenses Ferraria potiti, Castruccius Lucca, Manfredus Landa, Reinaldus Placentia, Bonacassa Passerinus

Man-

monius l.c. p. 563. 564. A. 1311 inter rebellantes Lombardiae urbes Pataium et Bononia praecepit fuerunt, quas vero armis ad obsequium rededit Henricus VII imp., ibidemque praefectum Caesarum constituit, et quidem Patauii Gerardum de Inzola. vid. Albertinus Mussatus hist. aug. Henrici VII. a lib. II. ad VII. Conr. Vecerius p. 69. 70. Cortusif. 21. Salomonius l. c.p. 364.

(h) Has turbas graphicē describit Mussatus de gestis Italicorum post Henricum VII. lib. I. in princ. Italia enim in duas factiones, Guelfos et Gibellinos, lacerata, defuncto Henrico vetera odia retractare coepit, in primis Guelfi resumendae potentiae audi erant, unde paullo ante exciderant. vid. Nic. Burgundus in Ludou. IV. imp. p. 61.

(i) Hi dicebantur etiam, uti antea monuimus, Vicarii imperii. Cum enim Imperatores Romani ipsi per se negotiis regni Italici sufficere non possent, ex aulae sua proceribus, vel etiam ex ciuitatibus optimis et illustris constituebant viros, qui vice illorum summam potestatem in oppidis et prouinciis habebant, et cognitioni grauiorum causarum praeerant, quorum munus vero, cum persona, quae illud obibat, expirabat, et non facile ab initio ad filios transferebatur. vid. du Fresne in Gloss. T. III. p. 1311. Iunat vero adipicere diploma ex Mussati histor. Henrici VII. p. 15, quo Henricus VII imp. vicarium eiusmodi Patauinis dedit, ex quo discrimen etiam inter vicarium generalem, quibus omnis prouincia commissa erat, et speciale, qui in oppido saltem quodam istius prouinciae praefidebat, cognoscitur. Tenor vero eius hic est: Henricus VII D. G. etc. vniuersis S. R. I. fidelibus praefentes literas inspecturis gratiam suam. Tunc fidelium et deuotorum imperii multipliciter accenditur deuotio, cum munificentiam regiam, et in iustitia facilem senserit. Hinc est, quod sapientum virorum consiliis, et communis Paduae dele-

Mantua, Hugucio Facciolum Etruria, qui omnes specie tueriarum Gibellinarum partium, re ipsa dominationem auctorati sunt, commissa sibi gubernacula ab imperatoribus obsequii imagine vertentes in haereditatem (k).

**VI.** Non diu tamen retinuit Jacobus Carrarius collatum sibi regimen ciuitatis Patauinae. Nam cum Canis Grandis A. 1319. restaurato bello hostiliter denuo Patauum <sup>Duratio dominatus Patau.in.la. cito Car- rar.</sup> aggredieretur, non prius obsidionem soluit, quam Jacobus principatu patriae se abdicasset, ciuitatemque ad imperium

B 2

Fride-

delectorum fidelium nostrorum tranquillitati fauorabiliter prospicere cupientes, concedimus et de benignitate regia indulgemus eisdem, ut singulis sex mensibus quatuor probos viros idoneos nobis et imperio fideles eligere valeant, et eorum electionem notitiae nostrae suis patentibus literis sigillatis intimare, si in partibus Lombardiae vel Tusciae, aut aliis intra montem Lombardiae fuerimus constituti. Nosque de praedictis quatuor unum, quem volemus, dabimus et praeficiemus in vicarium et rectorem dictae ciuitatis Paduanae duntaxat ad sex menses, nostrisque patentibus literis Episcopo Paduano committemus, vel alii personae idoneae Paduae commoranti, qui ab eodem vicario sic autoritate regia praefecto, sacramentum recipiat nostro nomine, quod regimen praedictae ciuitatis bene, legaliter, et fideliter ad honorem et utilitatem nostram et imperii exerceat. Si vero extra terminos Lombardiae nos existere contigeret, electio praedictorum quatuor, Generali significetur nostro vicario Lombardiae, qui unum ex eisdem praeferiat in vicarium ciuitatis Paduae, modum et formam nostram per omne seruaturus. Dat. in castris ante Brixium a. 1311. *Aliae formulae constitueri vicarium imperii leguntur in Petri de Vinea lib. III. ep. 79. et lib. V. ep. 1. et in Goldasti Constit. Imperial. tomo uno p. 395.*

(k) vid. Sabellicus Enn. IX. lib. VII. p. 595. Nic. Burgundus l. c. Pfessinger ad Vitriar. p. 660.

Friderici Austriaci, imp. redire iussisset (1). Ex amore itaque patriae imperio, quod per annum unum et tres menses gesserat, se abdicavit, urbemque Henrico Goeritiae Comiti, qui post fata Henrici VII imp. in Italia relictus gerebat se pro vicario imperii generali, tradidit, qui eam in fidem et clementiam

(1) In abdicatione principatus Patauini a Iacobo Carraria facta variant scriptores tam in anno designando, quo ille principatum depositum, quam in Caesare nominando, cui illum restituit. Scardeonius p. 274. tradit A. 1320. Iacobum abiisse principatu, et tradidisse urbem Ludouico Bauaro Aug. his verbis: Praefuit autem regimini ciuitatis anno unico tantum et mensibus tribus. Nam necessitate coactus, ut sibi et ciuitati consuleret, quae a Cane, principe Veronensi, obsidione premebatur, abdicavit vitro se principatu, et urbem Ulrico de Valse Ludouici V. Caesaris legato sponte libereque concessit, qua ratione ciuitas ab obsidione soluta est A. 1320. Ab eo dissident in omnibus Cortusii, qui multis verbis hoc negotium inter Carrarium, Scaligerum, Comitem Goeritiae, et Venetos actum exponunt, et inter alia ita scribunt L. II. c. 8. Venetiarum legati pacem componere confidentes ex parte D. Canis Paduae retulerunt: Cum D. Cane pacem habere potestis his praemissis, quod D. Iacobus de Carraria renuntiet dominio ciuitatis, et quod stipendiarii Paduae expellantur, et extrinseci Paduani restituantur in integrum omni exceptione remota. Quibus ait D. Iacobus mihi consulunt sapientes, ut vos legati D. Cani breviter exponatis, quod manifeste cognoscitur, eum velle Paduam subiugare, dum quaerit Padua expellere defensores, et lupos ponere in ouile, quare postulata displicant universis. Et c. 9. Interrim D. Iacobus ait ambassatoribus de Venetiis: placet, ut redeatis ad castrum et tentetis D. Canis animum mitigare. Qui redeuntes retulerunt: Hanc pacem habere potestis, si vos D. Iacobus renuncietis dominio Paduae etc. D. Iacobus pacem renuit, qui tamen et secrete procurabat auxilio comitis Goeritiae le defendere suadentibus Paduanis. Qui a Comite hoc habuit responsum: Quod eum

telam Friderici Austriaci imp. recepit. Iacobus priuatus hoc modo sibi redditus, non ita tamen abstinuit a republica, ut nullo eorum, quae postea fierent, sensu afficeretur. Sed cum non desisteret Canis Scaliger ruptis induciis vexare Patauinios, iterumque Patauium obsidione cingeret, longeque

B 3

acrius

eum habere poterit defensorem, si Paduanum consignabit recipienti nomine Ducis Austriae (*Friderici*) Regis Rom., qui asserebat pro certo, D. Canem de campo fugare, ac etiam montem Silicem, Montagnanam, Rhodigium, et omnia loca, quae commune Paduae temporibus retrotractis possidebat, in Paduanorum manibus libere consignare, quae omnia consilio Paduae placuerunt. Electus itaque fuit Syndicus Aleardus de Bafiliis, qui dedit dominium Paduae Comiti de Goeritia recipienti nomine Ducis Austriae. Fuerunt haec a. 1319 die IV Nou. Et lib. VII. c. 9. Propter infestationem D. Canis a D. Iacobo et cuncto populo Paduano datur ciuitas Federico Duci Austriae, qui se appellabat Romanorum regem. *Idem affirmat anonymus in codice Molinaeo post Roland. iisdem verbis.* In Friderico imp. consentit cum his Tomasinus, sed in anno abdicatio-  
nis constitudo ad stipulatur Scardeonio lib. IV. de Gymn. Patau.  
p. 365. Verum viisque non Ludouico Banaro Imp., sed eius com-  
petitori Friderico Austriaco Patauium his in turbis permisum est,  
cuius maior tunc in Italia autoritas, quam Ludouici, qui demum  
deuicto Friderico Italianam est ingressus. Omnis res vero ita se ha-  
bet: Amiserant Patauini in rebellione aduersus Henricum VII imp.  
Vicentiam, quam per annos 49 antea possederant, et Imperator  
creaverat vicarium Generalem huius urbis Canem Grandem Sca-  
ligerum, quae res bellum conflauit inter Scaligeros et Patauinios,  
quod ultra annos 17 maximo furore desauit, Patauinis Vicen-  
tiam recipere omni studio conantibus, Scaligero contra eiusdem  
oppidi possessionem sibi fortiter afferente, ut origo omnium simul-  
tatum, motuumque, qui inter Scaligerum et Patauinios interces-  
serunt, ex Vicentiae iactura sit deriuanda, Cane simul moliente,  
ut Patauium etiam in potestatem suam redigeret. Tempus ad  
haec

acrius eam vrgeret, Iacobi auspicio ductuque factum est, vt ille duabus et prope continuis Patauinorum victoriis profigatus, fractusque ac paene captus fuerit, vixque solus in arcem montis Silicis, agricolae cuiusdam equum confensus, tuto

haec maxime opportunum erat. Post Henrici VII Imp. mortem in Germania Fridericus Austriae atque Ludouicus Bauariorum obdiffidiosam electionem de imperio inuicem contendebant. Scaliger itaque cum Italianam in hoc diffidio ab imperatoribus neglectam videret, frenos Patauiniae libertati iniicere conabatur, et tantae urbis viribus impar Henricum Goeritiae Comitem, vicarium imperiale Lombardiae ab Henrico VII datum, cuius venalis erat fortitudo, suis partibus cum robore militum Germanorum magna mercede adiunxerat. Haec angustiae Patauinios ad quaerenda Friderici Austriae auxilia compulerunt. Quapropter Goeritus deseruit Scaligerum, effecitque, ut Patauini sacramentum Friderico dicerent, ciusque arbitrio urbem permitterent. Satius enim duixerunt Patauini, obtemperare Friderico imp., quam Scaliger. Mutatis itaque velis insidiae ac vires in Scaligerum versae sunt. Sed rebus omnibus utrinque ad hostiles impetus comparatis, Ulricus de Waldsee, Friderici amicorum princeps et Styriae praefectus, cum legatis Henrici Carinthii superueniens induciarum leges attulit, easque Goeritio et Cani prolatas a. 1320 d. 3 Non. Ian. Patauinis exposuit. Harum tenore Patauium Friderici nomine regendum Ulrico permisum est, et Canis ac Goeritius Fridericum imp. et Henricum Carinthium arbitrios agnoscerent, causam eorum Bozani cognoscituros. Sed cum neque Friderico, neque Henrico tanum otii esset, ut externas controversias componerent, Scaliger Patauinum multo quam antehac vehementius infestauit. Inferior quidem discedere iterum fuit coactus. Sed Ulricus de Waldsee a. 1321 plenam periculi praefecturam volens lubensque Carinthio resignauit, qui sumto vicarii generalis nomine Conradum Aufensteinum Nouembri mense suo loco Patauinis praefecit. vid. Coruthi lib. III. c. 4. et 5. Nic. Burgundus in Ludou. Bau. lib. II. p. 63.

Adlzei-

tuto elabi potuerit (m). Caetera, quae restant de Iacobo dicenda, paulo post sequentur. Nunc ad posteriorem numismatis faciem illustrandam me conuento.

**VII.** Ostendit ea nobis insignia Carrariensis galeata <sup>Postica ss.</sup>  
cum inscriptis verbis: <sup>mismatis  
et insignia  
Cavar de.  
scribuntur.</sup>

**OBITU ANNO DO. domini MCCCXXIII.**

Insignia Carrariorum referunt carrum, hoc est vehiculum quadrirotum, cuius usus communissimus est ad vehenda onera,

Adlzreiter annal. Boic. P. II. lib. II. §. 4--9. Itali scriptores pro more suo mire corrumpunt nomina vicariorum, et proferunt Odericum de Valse, et Conradum de Ouestagno; autunque Henricum Carinthium Friderici Austriaci fratrem fuisse, quae omnia perperam se habent. Dissensus caeteroquin scriptorum de anno abdicationis traditionisque civitatis Patauinae ita tolli posse milii videtur, si consideremus, abdicationem regiminis a Iacobo quidem factam fuisse sub fine anni 1319, traditamque fuisse urbem Comiti Goeritiae, deditioinem vero solennem Ulrico de Waldsee accidisse denum subsequentis anni 1320 initio. Scardeonius enim, Tomasinus, et Salomonius constanter tradunt, tantum per unum annum et tres menses penes Iacobum dominatum Patauinum fuisse, quod tempus si computetur ab exciente Julio anni 1318, quo Iacobus regimen est auspiciatus, finitur illud mense Octobri 1319. Atqui mense Nouembri eiusdem anni transactum fuisse a Comite Goeritiae, ex superioribus clarum est.

(m) vid. Scardeonius l. c. consentit Iouius lib. I. elog. p. 112. in quiens: Canis saepissime proelio vitor semel tantum aduersae pugnae euentum expertus cum graui et diuturna obsidione Patauinios premeret, et in segnem eius stationem Illyrii et Norici equites, qui Patauinis auxilio venerant, subita eruptione facta oppressis et fugatis custodibus in castra penetrascent. In ea rerum perturbatione Canis acerime resistens, atque dimicans, vulneratus &c. equo deturbatus, maximum adiit vitae discrimen, sic ut eum praetorianae turbae, magna vi depulsis hostibus, vix seruarent.

onera , hinc nihil incumbit temoni , nulla capsa , aut pugma , et hyperteria , sed ad utrumque latus adiectum vide mus feretrum ad ferenda sustinendaque onera imposita (n). Sunt igitur haec insignia ex numero illorum , quae feciales *paronomastica* sive *aequiuoca primi generis* , Galli *armes parlantes* , vocant , quae sola allusione simplici unius figurae manifesto gentis alicuius nomeri proloquuntur (o). Hoc illustr e Carrariensium exemplum insigniter corroborat eorum sententiam , qui negant et pernegant (p) , plebi tantum eiusmodi insignia usitata esse . Italia enim imprimis abundat exemplis illustrissimarum familiarum , quarum insignia cun i nominibus conveniunt . Ita Columnii columnam , Frangipani leunculos frangentes panem , Alciati alcem , Castiliones castellum , Scalani scalam , Criuelli cribrum , Roborei robur sive quercum , Turriani turrem , Malaspinae spinam , Beechi hircum , Cogliani tergeminos coleos seu testiculos , Confalonieri confalonem sive vexillum (q) , in insignibus usurpat . Hunc carrum Carrariorum inter exempla figurarum artificiarum , & quidem ab utensilibus mechanicis aliisque instrumentis petitarum retulit Spenerus (r) . In aliis Heraldicis libris non occurrit . Apparet quidem etiam currus in scuto nobilium de Carocci , et de Carazzia (s) , sed alia forma variisque

(n) vid. l. 8. Cod. Theod. collata cum l. 47. tit. de cursu publico. Schefferus de re vehicul. lib. II. c. 28.

(o) vid. Dn. Weber in examine artis herald. c. VII. qu. 4. p. 117.

(p) *Insignium aequiuocorum praestantiam dignitatem , et antiquitatem adstruxerunt* Meneftrier teste Spenero Op. Herald. P. I. c. 9. §. 3. Marqu. Freherus in not. ad P. de Andlo lib. II. c. 14. Casp. Lerch a Durmstein in P. I. des Reichs Ritterl. Herkommen in 2. Grundf.

(q) vid. Ad. Gelenius lib. II. Colon. Agripp. p. 120. Spenerus l. c. §. 6. p. 363.

(r) in op. herald P. I. sect. 6. membr. I. §. 19. tab. p. 286.

(s) vid. das grosse Nürnbergische Wappenbuch. P. IV. tab. 38. et 40.

riisque additamentis. Carrus vero Carrariorum conspicitur in numismate insertus clypeo eius generis, quem Galli *cartouches* appellant. Patet itaque etiam ex hoc luculento exemplo, huiusmodi clypei formam Principibus Italiae posterioribus prae aliis omnibus olim arrississe (t). Clypeus iste ratione situs non erectus est, sed in latus dextrum inclinatus, qui situs sane priscis etiam visitior fuit, notauitque actum praeliatem, cum scutum praeliantis brachio aptatum ita pendere soleat (u). Clypeo imposita est cassis clausa, qualem omni huiusmodi clypeo inclinato imponi non solum requirit Campanilius (x), verum etiam antiquitas temporis illius postulat, quo apertae galeae, quas hodie amant principes, adhuc ignorabantur. Quare non minus confutat galea Carrariorum clausa illos, qui tales summorum principum insignibus non conuenire clamitant. Apex galeae Carrariensis exornatus est eodem carro prominente, qui clypeo incumbit. Neque absunt regumenta, et quidem non modo varie flexa et crispatata, sed etiam in utroque latere figura carri notata, quod plane singulare est, et a nullo doctore Heraldico, quem mihi quidem euoluere contigit in instructissima bibliotheca Rinkiana, animaduersum. Digma Carrariense pictum exhibet carrum rubrum in clypeo argenteo (y).

## C VIII. De

(t) *Hoc adstruxit Spenerus l. c. P. I. c. 3. §. 20. p. 86. contra Campanilium afferentem talium scutorum originem usumque togatae potius, quam sagatae nobilitati adscribendam esse.* conf. D. VVeber in examine Herald. c. 3. qu. 5. et 6.

(u) vid. Spenerus et VVeberus l. c.

(x) in libr. dell' armi c. 13. p. 18. et VVeber l. c. qu. 11.

(y) Fugger in Oesterreichisch. Ehrenspieg. p. 365. dolendum, huic egregio libro et tesseris gentilitiis refertissimo nullum earum indicem alphabeticum adiectum fuisse ab editore Sigism. v. Birken, quam negligentiam merito omnes artis facialis studiosi increpant.

*Origo gen-  
tis Carrari-  
ensis.*

**VIII.** De origine autem Carrariensis nominis et digmatis hanc fabulam quidam (z) tradunt. Aiunt, Caesaris alicuius filiam a nobili quodam raptam deum ad fines Italiae in prostibulo quodam meruisse, atque peperisse sive ex raptore, sive ex marito duos pueros formosissimos, quos adulatos et colludentes in platea imperator ille conspicatus, per Patavium profiscens, vbi deum agricolae misera nupserat, cum de matre quaesiuisset. quaenam tam pulcherrimos lepidissimosque filiolos edidisset, accidisse, ut mulier accita a patre et agnita fuerit, qui filiae non modo ignouerit, verum etiam eius maritum dignitatibus et opibus donatum illustrem rediderit. In perpetuam vero originis et pristinae fortunae memoriam Caesarem ei iniunxisse, ut a carro, praecipuo eius instrumento domestico, Carrarius cognominaretur, et scuto eius carrus insfereretur. Verum longe alia et honestiora huius familiae primordia scriptores Italici demonstrant, quorum plerique in eo conueniunt, Carrarios descendere a nobilissima gente Longobardica, licet quidam altius descendant, et vel ab ipsis Romanis familiis eorum originem arcesiere velint. Primus, cuius mentio fit, est Gombertus inter Longobardicos proceres tempore Berengarii II. R. a. 950. divitiis et potentia florentissimus, et possessor castelli Carrarae in agri Patavini ditione, quae hodie dicitur *Confelue vicaria*, sita. Huius filius Litulphus Carrariae gentis fator extitisse fertur. Post eum celebratur inter huius gentis maiores inclytos ab eo descendentes Marsilius quidam, ab Henrico V. imp. A. 1114 amplissimis elogis cohonestatus, ac regio decreto donatus, quo ipsi et posteris suis in oppido Carraria iuris dicundi facultas, et vitae necisque potestas est concessa (a). Successu autem temporis in tres propagines abiit

(z) vid. VVolfg. Lazius de gentium migrat. Lib. XII. p. 670. ex quo sua hausit Fr. Sansouino in Chronologia mundi p. 188.

(a) vid. Scardeonius p. 273. Fr. Sansouino de origine et factis famil.

iit familia Carraria, quae ut cognominibus, ita quoque insignibus se a se inuicem distinxerunt. Prima constanter servauit priscum gentis nomen et digma, altera constituit familiam *Papafabam*, tertia fuit Comitum *Anguillariae*. *Papafabae* adhibuerunt in scuto argenteo leonem colore coelesti in posteriores pedes erectum, cuius a collo breue scutum rubro carro insignitum dependet, quem hodie

C 2 plane

*mil. illustr. Ital. lib. I. p. 399.* Signori Carraresi. Pietro Paolo Vergesio celeberrimo scrittore del suo tempo ricercando l'origine di questa famiglia disse, che Gio. Basilio historico antico riferisce per la commune et inueterata *opinione de Padouani del tempo suo*, che la casa di Carrara venne di Germania in questi paesi. Riferisce parimente ch' egli crede che vscisse da sangue Longobardo, poiche nelle scritture antiche si troua che essi faceuano professione di viueré secondo la natione sua con le leggi de Longobardi. Altri poi lasciarono scritto ch' ella fu de sangue de Rusconi o Rossiglioni, principi nella Francia in tempo di Carolo M. co quali dicono che i Carraresi tenero stretta amicitia. Et altri vogliano ch' ella deriuasse de quel Milone Romano che hauendo ammazzato Clodio et fu difeso eloquentemente da Cicerone. Questa varietà de pareri fa verificar quel detto che' e gran segno di nobilta, quando che per la lunghezza del tempo non si puo venire a luce del principio d' essa nobiltà. *Idem de eadem familia in chronologia mundi p. 188.* Il primo del quale i signori di Carrara prendessero titolo di Carraresi fu Marfilio primo per cioch' essendo huomo di valore et ben merito di Arrigo IV. imp. fu inuestito da lui della iurisdictione di Carraria, così chiamata da lui, la qual prima si chiamaua villa del Bosco, lontana dalla citta di Padua per lo spatio di VII. miglia. La quale origine e vera, si come apartamente dimostra M. Bartolomeo Zacco, Paduano gentilhuomo di viuisfimo et bello spirito nella sua historia di Padua. *Leandro Alberti in descript. Ital. p. 479.* Trassero questi Carraresi origine dal nobil castel Bassano, et vennero ad habitare in questa citta, et dopo longa di mora furono fatti citadini conf. Salomonius in *inscript. agri Patav.*

plane in eo omittunt, nuda parmula vrentes (b). Papafabae cognomen primum inditum fuit Iacobino de Carraria, quod cum esset parvulus, atque pestis tempore Carrariae in monasterio

Patav. p. 387. Prouocauit Sansouinus ad Petri Pauli Vergerii historiam de gestis Carrariensium, quae cum eius annotationibus adhuc inedita latet Patauii in bibliotheca Zabarella, ut etiam Iohannis de Rauenna liber de familia Carrariensium. vid. Tomasinus in Biblioth. Patau. MSSta. p. 93. P. P. Vergerius vero, Iustinopolitanus, Carrariensis principibus domestici historiographi titulo familiaris fuit, vid. Tomasinus in Petrarcha rediv. p. 35.

(b) vid. Scardeonium l. c. Floret adhuc Papafabiorum familia nobilibus Venetis adscripta, vid. B. VVagenfeillii Adriatischer Loevve tab. XI. p. 127. ubi eius insignia conspiciuntur hac addita explanatione: La casa di Papafava porta d' argento con un leone d' a zurro in cuore del tutto un scudo puro d' argento. Procul dubio ad plane aboliendam Carriarorum, Venetis tam infestorum, memoria, autoritate Senatus Veneti, vacuum carro scutum leo Papafabiorum gestat, in qua conjectura me magis confirmant ea, quae Tomasinus in inscript. Patav. p. 301. de collapsis sepulchris gentiliis Carrariorum his verbis prodidit: Extra ecclesiam St. Antonii in coemeterio antiqua sepulcra nobilium de Carraria, in modum facelli lateriti operis, vbi condita olim corpora Iacobi Majoris, Magni, vel Grandis, primi Patavinorum Principis, ut ex tabula testament. Marsilius majoris, eidem in principatu successoris, qui et primo statim, ut expirauit, ibidem positus, postea Carrariam translatus est, et Marsilius minoris, vulgo Marsiglietti Papafabae de Carraria, quarti Patavinorum principis, tum Rainaldi eiusdem, iis exceptis, qui, ut inotauimus, variis per urbem locis tumulati sunt. Haec sepulchra iam collabentia vetustate, paucis abhinc annis (prodiit liber Patauii 1649. 480.) reparari curauere ex eadem Papafabea seu Carrariensi familia progeniti nobilissimi viri, qui adhuc super sunt, ibique ut plurimum tumulantur, diuisis cellulis, quarum altera viris, altera feminis dicata est. Nulla ob loci vetustatem, tum recentem direptionem, quae in reparatione accidit, nunc inscriptio,

sterio seruaretur, fabis audius vesceretur(c). Comites Anguil-lariae nomen traxerunt ab castello Anguillara firmissimo, quod Iacobus Carraria A. 1230. aedificauit, suoque carro in scuto duas altrinsecus addidit anguillas in discriminem gentilium(d).

**I X.** Quod attinet ad epigraphen insignium in numi-smate conspicuorum : OBIIT ANN. DO. MCCCXXIII ; refert ea annum mortis Iacobi, quem scriptores Patauini (e) suo consensu confirmant. Scardeonius simul refert memo-rabile facinus, quod Iacobus nouissimum trahens Spiritum edidit, et quod neque ego silentio praetermittendum esse duco, est autem tale: Iacobus in lectulo lethali decumbens,

*Epigrapha  
numismatis  
et duo facta  
egregia Ia-  
cobi de Ca-  
raria.*

C 3 cum

ptio, vel epitaphium visitur. Antiqua tantum currus et leonis insignia remanebant, quae postea ex industria abolita, ut reliquiae deformatae sculpturae, in lapide, qui adhuc superest, testantur.

(c) Salomonius in inscript. Vrb. Patau. p. 353.

(d) Scardeonius f. 18. Salomonius in inscript. agri Patau. 349.

(e) *Anonymous in codice Zabarell. post Roland.* A. 1324. obiit. D. Iacobus de Carraria die veneris XIII. Nou. et portatus fuit ad eccliam St. Antonii, et dicta die fero sive nocte portatus fuit ad villam Carrariae, et ibi sepultus, ut dicebatur. *Anonymous in alio MSS. antique notac post Roland.* A. 1324. d. 23. Nou. obiit D. Iacobus de Carraria, cuius cadaver portatum et sepultum est in villa Carrariae. *Cortusii lib. III. c. 5.* Mortuo Domino Iacobo de Carraria, qui in eodem millesimo CCCXXIV. die 22. Nou. expiravit, et sibi heredem voluit Marfilium de Carraria, cui commendauit filias legitimas, et filios naturales. *Scardeonius p. 275.* Iacobus tandem quadriennio postquam se principatu abdicauerat, graui morbo oppressus, acceptis de more sacris mysteriis, ex hac vi-ta migravit A. 1324. de 22. Nov. Vir minime ambitiosus sepul-tus in templo D. Augustini humi sub arca Nic. Carrariensis, ubi nullus nunc sepulchri visitur titulus. *Tomasinus de Gymnas. Pa-tau. lib. IV. p. 367.* A. 1324. die 22. Nov. obiit Iacobus Maior Carrariensis herede instituto D. Marfilio maiori, ex fratre Poren-zano nepote.

cum ultimum vitae diem appropinquare animaduertisset, fecit sui potestatem omnibus, quicunque queri de se vellent, laxatisque foribus liberum aditum cunctis patere voluit, ut si forte aliqua in re quempiam defraudasset, praesens ille indicaret, et restitutionem aperte vrgeret. Constituerat enim se redditum esse omnibus, quicquid a quoquam iniuste accepisset. Interim cum omnes hanc iustitiam et conscientiam Iacobi mirarentur et approbarent, quidam accessit, et arroganter repetit pecuniam ob remissam sibi capitum poenam a se illi persolutam, restitui, tanquam iniuste acceptam. Cui Iacobus animam agens exili quidem voce, generoso tamen spiritu respondit: *Si tunc iustitia in te reddit a fuisset, nunc quod iniuste facis, queri de me non posses.* Nam capitatis criminis reus eras factus, et eius poena in pecuniam, neque in tuum, neque in meum sed in reipublicae commodum commutata est. Quare abi, bone vir, et qui hactenus malus fuisti, mutatis in melius moribus, vir bonus esto, cum, si pecunia reddatur tibi, tu quoque caput, quod aequum est, pariter reddas, necesse sit. Id enim ea pecunia redemisti. Nullius ego mibi peccati propterea conscius sum, nisi forte, quod mitius, quam merueras, multatus fueris. Idem Scardeonius praeterea asserit, Iacobum tantae fuisse modestiae, manuetudinis, et liberalitatis, et tam placabilis animi, ut sibi iratos homines maluerit beneficiis conciliare, quam vel minis, vel metu, etiam cum potuisset, subiicere, cuius laudis hoc insigne documentum profert. Iacobus antequam princeps foret, cum aliquando patrocinium latus euidam amico ad praetoris tribunal venisset ad amici causam iudicio commendandam, aduersae partis causidicus omissa causa, quam agebat, liberiore lingua indignissime in eum conuictis, pro rabulistica maledicentia, inuchi coepit; Iacobus vero ei summa modestia respondit, desineret maledicere, beneque causam suam ageret. Pertinaci in dicendo Iacobus rabulae in aurem infusurravit: *Linguam tibi praevidam maledice;* qua comminatione audita, rabula,

vt

vt erat procax et temerarius ex indeole istiusmodi homuncionum vel potius harpyarum , rursus ad judicem conuersus cunctis audientibus immodice in absentem debacchatus est. Iacobus vero domum reuersus , iussit plaustrum frumento onustum , suemque domesticum et saginatum magni ponderis ad rabulam adduci , suoque nomine donari. Accepit omnia latrator lubens , et vt erat cane impudentior , grataanter , dixitque ; Prorsus sane Iacobus sine ferro linguam mihi praecidit , et me in perpetuum contra se mutum et elinguem , pro se tamen simul vocalem reddidit. Alias priuatas res Iacobi in praesens non adducam.

X. Habuit Iacobus in matrimonio , teste eodem Scardeonio , Annam , Petri Gradonici , Venetiarum principis filiam , quod matrimonium ei amicitiam honoremque Veneriae reipublicae conciliauit , a qua ciuitate donatus , patritiorumque numero adscriptus est. Non infoecundum etiam illud fuisse , pariter scriptores (f) testantur. Ex liberis praecipue Thadaea inclaruit , quam parer Mastino Scaligero , Filio Albuini , postea septimo reip. Veronensis principi , desponsavit , vt Canis Grandis animum aduersus se mitigaret. Attulit ea etiam post patris mortem perfecto matrimonio Patauii dominium Scaligeris (g) , et ex Mastino suscepit duos filios ,  
Canera

*Matrimonium et libe-  
ri eiusdem.*

(f) vid. Scardeonius l. c. Anonymus in MSCr. antiqu. ad Roland.

A. 1321 dati fuerunt confalones et panderiae populi et fratulearum Paduae super palatio in die S. Nicolai vtro D. Iacobo Capitaneo , et in vigilia S. Luciae natus est ei filius , vocatus Milion , et baptizatus in ecclesia S. Martini , et Gastaldicus Fratulearum tenuit illum ad baptismum , qui puer paucum tempore vixit.

(g) Iacobus pater promisit Thaduae nondum nubilis matrimonium Mastino iam a. 1318 , illud vero Marsilius demum consummavit a. 1328. Cortusii de nouitatibus Paduae lib. II. c. 3. Timens D. Iacobus habere guerram cum Cane , vt posset securius in Padua dominari , sapienti tractatu promisit filiam suam Thadream et infantem

Canem Grandem iuniorem, et Canem Franciscum Signorium, et quinque filias, ex quibus Beatrix, a fastu *Regina* appellata, nupsit Barnabae Vicecomiti et condomino Mediclani, materque ex eo fuit foecundissima quatuor masculorum, et duodecim femellarum, quae magnis principibus luctuosa dote elocatae (h), multas familias regias et principales feliciter propagarunt, quarum pleraque ad hunc diem florent in variis Europae regnis et ditionibus.

XI. Vt

fantem dare vxorem Mastino, nepoti D. Canis, propter quod sperauit D. Canem suum propositum refrænare; fuit hoc eodem anno 1318 mense Decembri. *Anonymous in codice Molinaco post Roland.* A. 1318 D. Iacobus de Carraria Thadeam eius filiam dedit in uxorem Mastino nepoti dicti D. Canis. *Idem:* A. 1328 mensē Septembri Mastinus nepos D. Canis desponsauit Thadeam filiam D. Iacobi de Carraria. Mensē Nouembri facta fuit curia generalis Veronae. D. Mastinus duxit D. Thadeam uxorem suam, et nuptiae factae fuerunt, et propter laetitiam nuptiarum D. Canis creauit XII milites Paduanos, inter quos principalem fecit D. Marsilius Grandem de Carraria. *Annales Ostroviorum de Scaligeris:* A. 1344. Sept. 6. duxit uxorem Mastinus III Thadeam Iacobi Carrarii principis F. cui Padua dos fuit. *Sed aberrare hos annales a vero anno nuptiarum, consensus reliquorum scriptorum demonstrat.* *Tomasinus lib. IV de gymn. Patav.* p. 366: A. 1328 Marsilius tempore illo calamitatum pleno Thadeam F. Iacobi primi Paduae Domini Mastino Scaligero in matrimonium iunxit, relicto ipsi urbis suae dominio die 10 Sept. die 26 Nou. Thadea solenniter Veronae excepta nuptiis peractis cum splendore et Scaligerorum liberalitate eximia. *conf. Onuphr. Panuinius antiqu. Veronens. lib. VII. p. 208.*

(h) vid. Scardeonius l. c. l. III. cl. 14. p. 361. Paul. Iouius in vita Barnabae p. 156. P. Scalichius in genealogia Scalig. p. 46. et illustris Iacobus Guilielmus Im-Hoff in hist. Ital. et Hisp. Genealog. ad tab. 32. p. 181. qui summa diligentia matrimonia harum Danaidum recensuit, et Corium etiam in hist. Mediol. in iis commemorandis parum

**XI.** Ut autem intelligatur, qua ratione possesso<sup>s</sup> Pa<sup>r</sup>tauii cum matrimonio Thadeae ad Scaligeros transire potuerit, cum tamen eius dominium Iacobus Grandis, vti antea dictum, dimiserit, ac imperatoris Friderici Austriaci vicario tradiderit, priuatusque suum obierit diem, brevibus indicandum est, scripsisse quidem Iacobum moribundum, deficientem sibi mascula prole, haeredem nepotem suum ex fratre Porenzano, Marsilium maorem, sed tantum praediorum paternorum. Marsilius vero ipse, callide electis Teutonicis, a. 1328 dominatum patriae inuasit. Verum a Nicolao Carraria agnato, de quo statim etiam plura sequuntur, aliisque exulibus Patauinis, se associantibus Cani Scaligero, armis atque obfitione coactus fuit, vt dominium Paduae, quod tueri non poterat, concederet Cani Scaligero, hac tamen conditione, vt matrimonium inter Mastinum, Canis nepotem, et Thadeam perficeretur. Ita finitus fuit bellum atrox inter Patavinos et Veronenses, quod ob Vicentiae iacturam ultra XVII annos durauerat magna virinque caede et vafatione (i). Canis deinde concensit Marsilio vicariam in vrbe Patauina potestatem, moriensque a. 1329 dominium ipsum illi restituit (k). Sed renuit illud accipere Marsilius, vicariumque etiam egit nepotum Canis Alberti et Mastini per omne tempus, quo Paduam tenuerunt, vsque ad a. 1337. Bello enim

D tunc

parum accuratum subinde et merito correxit. Ex iis Viridis, uxor Leopoldi Probi, Duci Austriae, fortunata serenissimae Austriae stirpis propagatrix extitit.

(i) vid. Cortusii lib. IV. c. 3. f. 47. Salomonius in inscript. agri Patau. p. 9. et 10.

(k) vid. Cortusii lib. IV. c. 9. Tomasinus de gym. Patau. lib. IV. p. 367. A. 1329. 22. Iulii D. Canis obiit a. 40. Taruissi, Marsilio nepotes commendans vexillum tradidit hisce verbis: *Domine Marſili, libere volo teneatis Paduam cum districtu.* Sed postea recusauit. Nepotibus a D. Cane Alberto et Mastino dominium concessum. Ipse vero Capitanus generalis Scaligerum eligitur.

tunc inter Venetos et Scaligeros orto, pro pace et securitate vicinorum populorum stabienda, quam Scaligeri sua potentia elati turbabant, cum Veneti, cum Florentinis percuesso foedere, vicitria arma ubique circumferrent, et Scaligerorum res in angustias redigerent, Patauini libidinose, auare et crudeliter habiti a Scaligeris, autore Marsilio (1) ad Venetos defecerunt, qui verbis illius dominationem Marsilio solenniter restituerunt (m).

## XII. Mo-

(1) *Martino Scaligero ad Brixiam obsidione leuandam Patauinis finibus abeunte, Marsilius Carrarius Petrum Rubrium imperatorem exercitus Veneti cum copiis acceratum aperta porta Pontis curui d. 3 Aug. a. 1337 intra moenia admisit.* M. Antonius Sabellicus in hist. rer. Venet. Decad. II. lib. 2. p. 212. et Ennead. IX. lib. 8. p. 606. Petrus Iustiniani hist. rer. Venet. lib. IV. p. 57. Io. Baptista Verus lib. II. rer. Venet. ad h. a. p. 138. Salomonius in inscript. agri Patau. p. 10. et 11.

(m) *Statim post occupatam a Venetis urbem Venetorum nomine liberum ciuitatis regimen Rubrius attribuit Marsilio, quod deinde ipsi solenni legatione Senatus Veneti ad ciuitatem Patauinam est confirmatum.* vid. Sabellicus in hist. Venet. l. c. p. 213. et Iustiniani l. c. p. 58. *In hoc Marsilio ergo multi scriptores constituant dominatus Carrariensem in Patauinios principium, Iacobo Grandi plane praetermisso.* Sed faciunt hoc fortasse propterea, quod ab hoc Marsilio serie non interrupta usque ad Franciscum II Carrarii Patauim imperarunt. Ita Raphael Volaterranus lib. IV. Geograph. p. 39: Ecelino tyranno extinto, Carrarienses successere, qui tribunatus titulo, quem Capitanatum vocant, patriae tyrannidem annos fere centum exercuerunt, moenibus caeterisque aedificiis urbem quam sibi reconcinauerunt. Ex eis primus Marsilius urbem ac domum illustrem reddidit, pater patriae dum vixit appellatus. Canis Grandis potentiam quandoque veritus sponte dominationem reliquit. Post eius mortem rempublicam repetens magna cum gratia gessit, moriens sine liberis Vbertinum cognatum hacredem instituit. *Iacobus*

bus *Philippus Bergomensis in supplm. Chron. f. 333. ad a. 1329.* Carrariensem regni principium Marsilius Carrariensem nobilium princeps, cum superioribus annis Patauinae vrbis dominatum sibi desumisset, et in ea non tyrannice, sed paterne pluribus annis regnasset, hoc anno Magni Canis Scaligeri veritus potentiam, eidem Scaligero dominatum ipsius vrbis sponte cessit. Sed et sequenti anno ipso Cane mortuo, postridie ab integro vrbis dominium resumens regnauit a. X. Vir certe mansuetissimi animi, et regiae urbanitatis. *Eadem refert Leander Alberti in descriptione Ital. p. 469.* ac Marsilio attribuit pariter decem regiminiis annos, qui ab anno 1338, quo Marsilius obiit, retro numerati, incipiunt in anno 1328, quo sibi primum Patauii dominium, uti antea dictum, afferuit. Quae vero tradunt Volaterranus, Bergomas, et Alberti de statim a morte Canis Scaligeri a. 1329 a Marsilio sibi vindicato dominatus Patauino, non ita se habent. Eorum omnium vero summa, quae hactenus de Patauino dominatu a Carrariensisibus occupato, eiusque vice cistitudinibus dicta sunt, exhibetur his verbis *Cortusorum lib. VII. c. 9.* A. 1311. d. 15 Apr. D. Canis della Scala Vicentiam abstulit Paduanis cum nuntiis imperatoris mediantibus proditoribus Vicentiniis. Vnde fuit Padua in obedientia imp. Henrici. In breui vero tempore facta rebellio imperio, regebat ciuitas non per iustitiam, sed per partem, expulsis ciuibus cunctis per prouincias mendicare. Capto monte Silice furtiu per D. Canem a. 1312. mensē Decembri extrinseci Paduani redierunt, et anno seq. mensē Iulio Paduani elegerunt sibi dominum singularem et ciuem primo D. Iacobum de Carraria. Propter infestationem D. Canis a D. Iacobo et cuncto populo Paduano datur ciuitas Federico duci Austriae, qui se appellabat regem Rom. Cum vero Federicus cum Ludouico Duce Bavariae contenderet pro imperio Rom., qui in bello campestri cepit Fridericum, datur Padua per Fridericum Henrico duci Karinthiae, qui cum XX millibus equis frustra obsedit Montem Silicem, et in Padua Conradum de Quenstagno constituit suum vicarium. Sub hoc dominio Padua in tribulationibus laborauit. Expulsis Teutonicis de consensu populi D. Marsilius dubitans diu defendere posse

D 2

ciuita-

*Vbertini,*  
D. 3.  
**XII.** Moriebatur quidem paulo post d. 21 Martii  
a. 1338 (n) Marsilius. Sed Veneti nulla alia ratione pacem  
Mastino dederunt, quam Pataui libertate asserta, cuius ur-  
bis potestas Vbertino Carrariae, consanguineo et haeredi  
Marsili relinquebatur, cui insuper Veneti concesserunt ca-  
strum Baldum, et Bassanum Scaligeris ademtum (o), vt de-  
clararent, eos ad bellum hoc cum Scaligeris gerendum nul-  
lam aliam caussam traxisse, quam publicae quietis rationem,  
et superbissimi hostis audaciam et iniurias. Fuit itaque hic  
*Vbertinus* (p) Dominus tertius Pataui e Carrariorum gente,  
quem

ciuitatem, se cum tota ciuitate posuit libere sub dominio D. Canis  
Maioris della Scala. Mortuo D. Cane in Taruisio post dominium  
die III Dn. Mastino et Alberto dantur dominia Paduae et Taruisii.  
His itaque fugatis cum Teutonicis, D. tamen Alberto carcerato,  
D. Marsilius maior cum auxilio Venetorum et Florentiae consti-  
tuitur dominus Paduae generalis. Marsilio in dominio et in omni-  
bus succeſſit D. Vbertinus de Carraria.

(n) *Tomasinus lib. IV. gymn. Patau. p. 367. A. 1338 d. 21 Mart.*  
Marsilius Carrariensis Dn. II Paduae vita excessit. In eius locum  
surrogatur Vbertinus Carrariensis III Dominus Paduae. *Idem in*  
*inscript. agri Patau. p. 91. ex Marsili arca marmorea in aede*  
*abbatiae Carrariae hoc epitaphium profert:*

Vir bonus et prudens, quem dat Carraria, miles  
Marsilius iacet hic, Paduae dominusque redemptor,  
Qui post expulsos fontes faeuosque tyrannos  
Scaligeros, animum sublimem reddidit astris,  
Annis millenis ter centum, terque decennis  
Eis quater Christi benedicti luce peracta.

(o) *vid. Bergomas I. 13. f. 333. Blondus hifor. dec. II. lib. X. p. 361.*  
*Panuinius l. VII. antiq. Veron. p. 210.*

(p) *Blondus Flauius l. c. ea omnia, quae hactenus de Marsilio Car-*  
*raria commemorauimus, attribuit huic Vbertino magno errore,*  
*sicutque Vbertinum condito fcedere Petrum Rubeum parefacta porta*

GHH

quem in suo principatu pro usurpata autoritate confirmauit Pontifex R. Benedictus XII (q). Septem annos tranquille principati praeceps, et die 25 Martii a. 1345 virgae morbo obiit (r).

D 3

XIII. Vber-

cum omni exercitu Veneto in urbem introduxit. Bergomas pariter l. c. f. 337. scribit, Vbertinum a Mastino Veronensi variis affectum cladibus et incommodis, eidem urbem tradidisse, quae ipsi a Venetis et Luchino Vicecomite procurantibus restituta fuerit. Raphael Volaterranus Geograph. lib. III. f. 38. tradit, Vbertinum a Mastino Scaligero pulsum paulo post Venetorum ope restitutum esse. Neque dissentit Leander Alberti l. c. p. 469. Sed veriora esse, quae tradidi, nempe Marsilium in urbem admisisse Venetos, atque ab iis accepisse principatum patriae, quem in medio ardore belli moriens consensu Venetorum Vbertino haeredi reliquerit, scriptores Patauini et Veneti uno ore testantur. In primis clarissime hoc constat ex suffragio Sabellici lib. IV. his. Venet. p. 58. Veneti Paduam urbem clarissimam suam iure belli factam, Marsilio, privato tunc homini, habendam permiserunt, nouissimeque Vbertino, qui illi successerat, duo non parua oppida, hosti in ipso foedere ademta, cum suis finibus tribuerunt. Et Ennead. IX. lib. 8. p. 607. Veneti Baldum et Bassanum cum suis finibus Vbertino Carrario, qui Marsilio per id tempus defuncto successerat, dono dederunt.

(q) vid. Bergomas f. 337. Sabellicus l. c. p. 607. Fecit idem pontifex ratum suo assensu principatum Luchino Vicecomiti, &c. Fecit et Guil. Gonzagae, Mastino Scalae, Vbertino Carrariae, Obicioni Estensi, ut vicaria fungi vice in his urbibus dicerentur, quas ad id tempus adepti essent. Petierintne principes ipsi hoc ipsum a pontifice, an ille ad apostolicae sedis autoritatem in terra Italiae reparandam, id decretum sua sponte tulerit, parum compertum habeo, et si pontifex ita interpretatus videri potest, omnia Italiae iura, quia imperator nullus esset, ut ipse decreto pronunciauit, ad pontificem, Christi summi regis vicarium deuolui oportuisse, et ob eam rem suo iure usus alias aliis urbes administrandas decreuerit. Blondus decad.

decad. II. lib. X. p. 363. Pace Lombardiae a Venetis data, pontifex prudenti, vt tum apparuit consilio, sed pessimo in posterum euentu, tyrannos e Lombardis primores in principes legitimos confirmavit. Luchino enim Vicecomiti, et Ioanni eius germano fratri, quem Mediol. Archiep. instituit, vicariatumque Mediolani auctoritate apostolica attribuit, vt quicquid urbium oppidorumque tunc possidebant, eiusdem vicariatus titulo legitime retinerent. Pari forma Mastinus Scaliger Veronae et Vincentiae, Guil. Gonzaga Mantuae et Rheygii, Albertinus Carraria Paduae, Opizo Estenfis Ferrariae, Mutinae et Argentae vicariatum apostolica auctoritate habuerunt. *Haec sunt insignia testimonia de arrogantia pontificum in affectando vicariatu Italiae, quae ipsi Sabellico videtur, noua, inaudita, dubique iuris.* Nimirum a morte Henrici VII imp. cum ipsis faueret schisma inter Ludouicu[m] Bau. et Fridericu[m] Austr. Pontifices pro Vicariis imperii in regno Italiae se gerere conati sunt. Clemens V enim peculiari constitutione hanc dignitatem sibi assertuit. vid. Clem. pastoralis de appellationibus. Eius successor Iohannes XXII maiori vehementia, administrationem Italiae sibi debet, imperio vacante, adstruxit, mandauitque rectoribus ciuitatum, vt abdicarent se magistratu, quem fas non esset, iniussu suo quempiam gerere. Proposuit quoque edictum, ne quis Caesareo vicario fidem aut obedientiam praestare vellet, qui alter fecisset, cum se pro hoste habiturum. vid. Extrauag. si fratum, ne sede vacante. Sed tam crudum imperium Gibellini contemserunt, et huic assertioni Ludouicus Bauarus decreto facto fortiter reclamavit. vid. constitutio apud Goldsta. T. III. p. 411. et Nic. Burgund. in hist. Ludou. Bau. lib. II. p. 61. Patrocinium pontificis hac in causa suscepit quidem H. Grotius de I. B. et P. lib. II. c. 9. §. II. Verum sua assertione prodidit, se nexus inter regnum Germaniae et Italiae non perspexisse, hinc eius ratiocinia soliditer refutata fuerunt ab Limnaeo in addit. ad I. P. T. V. lib. I. c. 4. n. 24. Zieglero ad Grot. p. 333. et Osiandro ad Grot. p. 884. Caeterum ex allatis cognoscitur quoque, Pontifices origines tot principum minorum in Lombardia in odium Caesarum promonisse.

(r) vid.

(r) vid. Salomonius in ristretto p. 11. et in fastis praetoriis vrbi. Patau. subi. inscript. vrbi. Patau. p. 366. Tomasinus lib. IV. de gymn. Patau. p. 639. et inscript. Patau. p. 29, *vbi hoc eius epitaphium legitur descriptum ex sepulchro templi D. Augustini:*

Solute genis lacrymas, tumulum qui conspicis istum,

Flensque, sius, dicas spiritus astra colit.

Nam fuit hic patriae dux, pax, ius, spesque, salusque,

Hostibus hostis atrox, fidus amicus erat.

Quem generosa domus plaustro signata rubenti,

Edidit insignem strenuitate virum.

Vbertine, tuis Patauis spes quanta salusque

Decidit, heu cum te mersit acerba dies.

Anno Domini MCCCXLV die XXIX Martii.

*Apud eundem p. 364. legitur hoc monumentum in aula inferiore aedium Papafabearum: MCCCXLV penultimo Martii Dn. Vber-*  
*tinus de Carraria, quondam D. Iacobini, dominus generalis ciuitatis*  
*Paduae, et tocius districtus, obiit et sepultus fuit cum maximo*  
*honore. Et D. Marsilius Papafaua, quondam D. Albertini eleua-*  
*tus fuit in dominium praedictae ciuitatis Paduae, ante mortem*  
*\*dicti D. Vbertini millesimo praedicto in Pasche die Dominico V*  
*exeunte Marcio. Sub Vbertino effloruit Gymnasium Patauinum.*  
*Vbertinus enim Rainierum Ascendum Foroliuensem, illustrem le-*  
*gum doctorem, Bartoli praeceptorem, stipendio 600 aureorum, quod*  
*tunc erat maximum, ad docendum conduxit. vid. Tomasinus de*  
*Gymn. Patau. lib. I. c. 4.*

XIII. Vbertinus consensu ciuitatis sibi successorem  
 dixit Marsilium Papafabam, quem ab exigua corporis statura  
 et Marsiliettum, item, Marsilium minorem, et respectu ante-  
 cessoris Marsili senioris, iuniorem etiam scriptores appellant.  
 Sed fatum hunc dominum IV Paduae tantum ostendit. Die  
 enim VI Maii eiusdem anni 1345 a Iacobo minore de Car-  
 raria, F. Nicolai, qui aegre ferebat, sibi Marsiliettum in prin-  
 cipatu patriae praelatum fuisse, misere interfectus fuit (s).

*Marsiliettus*  
D. 4.

XIV.

*Iacobi minoris D. 5.* Paduae summa vi iniuriaque factus ut securius imperaret, quinquaginta ex nobilioribus ciuibus laqueo necari iussit, et multos ex Carrariensisibus vrbe expulit, qui Venetas confuentes sua virtute ita se Andreae Dandulo Duci et senatui commendauerunt, vt patritii Veneti sint creati (s). Erga litterarum studia vero eorumque cultores Iacobus fuit benignior. Ingenia enim clarorum virorum sui seculi plurimum aestimauit, eorum consortio est delectatus, summaque liberalitate ac humanitate eos fouit. Qua de causa ampliavit etiam decora Gymnasio Patauini conductis magni nominis doctoribus, et lautis conditionibus ac summis precibus Patauium accersito Francisco Petrarcha, quem principem laureatorum poetarum sui temporis canonicatu ecclesiae Cathedralis honestauit, et variis muneribus exornauit (t). Venetis

(s) *vid. Bergomas f. 340. Salomonius in ristretto. p. 11.*

(t) *vid. Tomasinus de Gymnasio Patauino L. I. c. 4. p. 16. et in Petrarcha rediuiuo c. 11. p. 53. c. 12. p. 62. Paulus Vergerius in vita Petrarchae, ipse Petrarcha Lib. V. ep. 2. ita scribit: Longum post tempus viri optimi, et cuius nescio an e numero domorum quisquam similis sua aetate vir fuerit, imo vero scio, quod nullus, Iacobi de Carraria junioris, famae praeconio benevolentiam adeptus, nuncis quoque et literis usque trans Alpes, quando ibi eram, et per Italiam ubiquecunque fui, multos per annos tantis precibus fatigatus sum, et in suam sollicitatus amicitiam, ut quamuis de felicibus nil sperarem, decreveram tandem ipsum adire, et videre, quid sibi haec magni et ignoti viri tanta vellet instantia: itaque sero quidem Patauium veni, ubi ab illo clarissimae memoriae viro, non humane tantum, sed sicut in coelum felices animae recipiuntur, acceptus sum tanto cum gaudio, tamque inestimabili charitate ac pietate, ut quia aequare eam verbis posse non spero: silentio opprimenda sit. Inter multa sciens me clericalem vitam a pueritia tenuisse, ut me non sibi solum, sed etiam patriae*

netis fuit coniunctissimus, magnamque reportauit victoriam in Istria A. 1348. a rege Hungariae Ludouico I, Venetorum hoste atrocissimo, quam ob causam ad referendum gratiam Venetiis ei donatum fuit magnificentum Palatum, pretii quinque millium aureorum florenorum. Possedit Paduam usque ad A. 1350. quo anno d. 19. Decembr. interfectus est a Guilielmo Carraria, filio notho (u).

E

XV. Ia-

patriae arctius astringeret, me Canonicum Paduae fieri fecit, et ad summam, si vita sibi longior fuisset, mibi erroris, et itinerum omnium finis erat.

(u) Occasionem huius parricidii his verbis refert Bergomas ad a. 1350. f. 341. Iacobinus Carrariensis, quem diximus Marsilium interfecisse, hoc eodem anno, postquam quatuor annis regnauit, et ipse eius ex pellice filio interficitur. Cuius parricidii haec causa fuit, quod Guilielmus cum quodam milite contendens, ab eodem spurius contumeliose appellatus est; qua contumelia permotus et perturbatus, mox ut domum ingressus est, patrem in secreto accersiuit, et gladio eum impetens confudit et interfecit, ac statim in templo D. patris Augustini, eum secreto sepeliri fecit. Hoc enim gestum est, ut non euacuetur verbum Christi, qui ait: Qui gladio feriet, gladio peribit. Accedit Raph. Volaterranus, qui Geograph. l. IV. p. 39. affirmat, Iacobum post parricidium Marsilii iurioris annos quatuor rempublicam Patavinam administrasse, et tandem a Guilielmo, filio notho, etiam obruncatum fuisse, nullam aliam ob causam, ut aiunt, nisi ob dolorem et verecundiam natum patris causa inflactam. Sed ab his discedunt Salomonius p. 12. Scardeonius f. 281. Cortusii f. 92. & Tomasinus afferens lib. IV. de Gymnas. Patav. p. 370. Iacobum a Guilielmo Carrariensi, Spurio Iacobi Magni, interfictum fuisse, sed causam occasionemque cœdis non assert; quare potius ad stipulor Bergomati et Volaterrano, praesertim cum idem Bergomas f. 350. dicat, Franciscum seniorem, fratrem suum Guilielmum ex pellice a. 1371. interfecisse. Epitaphium Iacobi autore Fr. Pe-

tray-

*Iacobini. D  
6. et Franc-  
isci. D. 7*

**XV.** Iacobus successores habuit Iacobinum Carrariensem fratrem, et filium ex altero matrimonio, Franciscum, postea seniorem dictum, cui pater vel ciuitas Patauina patruum ob iuuentutem, ut colligo, ex Fr. Petrarchae verbis (x) adiunxit. Sed inter hos infida societas regnandi duravit usque ad 1355, quo Iacobino patruo Duce VI Patauii in carcerem detruso Franciscus Patauui principatum solus occupavit

*trarcha ex maiori facello templi D. Augustini hoc affert Tomasi-  
nus Inscript. Patau. p. 29. et Salomon. p. 142.*

Heu, magno domus arcta viro, sub marmore paruo,

Heu, pater hic patriae spesque, salusque iacent.

Quisquis ad hoc saxum conuertis lumina lector,

Publica damna legens iunge preces lacrymis.

Illum flere nefas, sua quem super aethera virtus

Sustulit, humano si qua fides merito.

Flere grauem patriae casum, fractamque bonorum

Spem licet, et subitis in gemuisse malis.

Quem populo, patribusque, ducem Carraria nuper

Alma dedit Patauo, Mors inimica tulit.

Nullus amicitias coluit dulcedine tanta,

Cum foret horrendus hostibus ille suis.

Optimus inque bonis, semper studiosus amandis

Nescius inuidiae, conspicuusque fide.

Ergo memor Iacob speciosum credula nomen

Nominibus rarib[us] infere posteritas.

Anno Domini MCCCL die XIX. Decembris.

(x) *Franciscus Perrarcha enim librum de republica administranda huic inscripsit, eumque hunc in modum inter alia allocutus est p. 10: Publice omnibus notum est, vt sub ipsum scilicet adolescentiae tuae florem, gloriose et magnanimo Patre spoliatus, sub quo praeclaras omnia atque magnifica discere, et doctrina poteras et exemplo, eo ipso tempore, quo rectius adhuc vel maxime indigus videbaris ad regimen omnium concendisti, commissamque tibi rem publi-*

vit(y). Hunc uno ore collaudant quidem scriptores vt domi bonum principem, qui suam vrbe Patauinam et moenibus, et castellis, turribusque, ac splendidissimis aedificiis, tum publicis, tum priuatis, mirifice exornauerit, insignemque se præbuerit Gymnasi Patauini patronum cultoremque eruditorum (z). Sed foris turbulentum, inquietum, vicinisque insidiosum fuisse, res gestae abunde declarant. Primus enim hic e Carrariensibus Patauinorum princeps Venetae reipublicae, de sua gente et vrbe optime merentis, hostis est effectus, vt non vnum bellum Carrariense annales Veneti numerent. Primum bellum A. 1372 ex controuersia finium ortum, in quo Franciscus adiutus fuit subsidiis Ludouici I Hungariae R. et cum foris armis aggredetur Venetos, intus eis insidias parauit, conductis hominibus, qui Vrbis Venetae puteos venenis inficerent, et aliquot Senatorii ordinis viros obruncarent, nobiles etiam quosdam dato auro corrupit, vt ipsi Senatus arcana consilia enunciarent. Has insi-

E 2

dias

publicam immaturo, superante annos industria, tanta maturitate, tamque senili consilio rexisti, vt in primis nullus tumultus in patria, tanta mutatione rerum, nulli motus exarserint; et multa de hinc inopia, quam aeris insuper alieni pondus vrgebat, breui ad magnas diutinas peruenires, vt deinde paulatim et aetate et experientia rerum crescens, non ciuibus tantum tuis egregium te rectorem, sed exemplar aliarum urbium rectoribus exhiberes, ita vt saepe ego finitimos populos, tibi subesse votis optantes audierim, et tuis subditis inuidentes, vt tu interim nec tumidae insolentiae, nec inierti deditus voluptati, in hoc vnum vigilantissimo studio incubueris, vt te omnes agnoscerent sine desidia tranquillum, sine superbia gloriosum, vtque in te modestia cum magnanimitate contendebat.

(y) vid. Tomasinus in Gymnasio Patau. L. IV. p. 372. Salomonius p. 13. Scardeon. f. 282. Cortusii f. 98. 105..

(z) vid. Bergomas. f. 350. Tomasinus l. c. L. 1. c. 4. Raphael Vola- terranus lib. IV. Geograph. f. 39.

dias in vrbe Veneti quidem facile suppresserunt, sed extra  
vrbem aduersus Patauinos et Pannones aliquoties infelici-  
ter pugnarunt. Praeclaram tamen demum victoriam est  
adeptus Albertus Corregiensis, imperator exercitus Veneti,  
pedestri proelio fusis fugatisque Stephani Transylvani copiis,  
cum Albertus iussisset ab equis cataphractos descendere, at-  
que vna secum pedibus manibusque hostium aciem aggredi.  
Haec clades ferociam Francisci fregit, qui, cum nulla ampli-  
us ab iōge afflito auxilia sperare posset, et praeterea suorum  
in se ciuium conspirationem subsentiret, pacem inuitus pe-  
tit, eamque his conditionibus impetravit, ut Veneti quin-  
que viros denominarent, qui fines controueros suo arbitrio  
adjudicarent, ipse vero in praesentia Venetis quadra-  
ginta quatuor aureorum nummū millia persolueret, inde  
per quindecim subsequentes annos quatuordecim millia quo-  
tannis, tribus millibus passuum, ab ostiis fluiorum non aedi-  
ficaret, turris Currania cum finibus Vehetorum esset, castrum  
nouum, et munitiones haud procul a stagnis erectae diru-  
erentur, ac quotannis ad aram diui Marci trecentos nummos  
aureos tributi nomine exoluendos mitteret (a). Successit  
Venetis bellum Austriacum A. 1374., famaque non leuis fuit  
Leopoldum Austriae ducem ab Carrariensisibus in hanc remp.  
excitatum fuisse (b). Renascente etiam cum Genuensisibus  
bello A. 1377., Clodiano dicto, Franciscus inter foederatos fu-  
it, qui sua conspiratione commoda Genuenium contra Ve-  
netos non solum tueri suscipiebant, sed omnia ad statum eo-  
rum euertendum parabant. Itaque hoc in bello Franciscus  
Taruifinos agros ferro et incendiis vastauit, et ad oppugna-  
tionem Clodiae sedulo legiones commeatusque submisit.  
Capta hac vrbe, et vbique plenissime triumphantibus Ge-  
nuen-

(a) vid. Sabellicus Hist. Venet. decad. II. lib. IV. p. 259. et Lib. V.  
vsque ad p. 265. et Enned. IX. lib. IX. p. 616. Iustiniani hist.  
Venet. L. V. p. 79. Verus rer. Venet. L. II. p. 161.

(b) vid. Iustiniani p. 80. Verus p. 165.

nuenisibus, consilium Francisci (c) fuit, in ea summa Venetorum trepidatione classem exercitumque continuo ad urbem dominam esse admouendum, Venetumque imperium nomenque vno die et ictu delendum, sed Dei cura pro republica Veneta hoc interuertit. In his angustiis miserunt patres Veneti ad Franciscum, qui eum publico nomine rogarent, ut pacem amicai ciuitati daret, quae Patavini nominis semper studiosa fuisset; sed his superbe respondit: *Nunquam cum vobis, Veneti, de pace acturi sumus, nisi prius equorum, qui infrenes super Diui Marci templo (d) positi sunt, ora habenis lorisque constringamus (e).* Bello itaque vtrinque

E 3

acrius

(c) Fl. Blondus Dec. II. L. X. p. 376. Sabellius hist. Venet. Dec. II. lib. 6. p. 285. Iustiniani p. 84.

(d) *In ipso vestibuli templi D. Marci fastigio, in fronte foris, quatuor aenei equi, auro micantes, infrenesque admirabili atque alacri statu ita prominent, ut in subiectam aream desilire videantur.* Aiunt hoc opus eximium esse Lysippi, et a Tyridate Armenio Neroni dono datum, quod postea Constantinus Imperator Roma Byzantium deuexit; inde Venetias translatum, et a Seb. Ziano Duce 39. in eminenti hoc loco constitutum. vid. Iustiniani hist. Venet. L. II. p. 28.

(e) vid. Iustiniani L. V. p. 85. Amelot de la Houssiae T. I. d' histoire du gouvern. de Venise p. 62. *hoc factum ita eloquitur:* Je marquerai ici en passant, que les Venetiens en plusieurs occasions se sont fait tres grand tort a montrer leur foibleesse a leurs ennemis. Tourees les prieres et les soumissions qu' ils firent A. 1379. au seigneur de Padoue Fran<sup>c</sup>ois Carrare, durant la guerre de Gennes, en lui donnant dans leurs lettres les titres d' Altesse, qui etoit alors celui des Rois, et le suppliant de vouloir ecouter six Ambassadeurs, qu' il lui enuoioient ( honneur qu' ils ne faisoient ni aux Papes, ni aux Rois) les abaissemens, dis ie, ne seruient, qu' a le rendre plus hardi, et plus ardent a la vangence, et toute la satisfaction qu' ils en eurent, fut, qu' il n' entendroit point leurs ambassadeurs, qu' il n' eut

acrius reparato Franciscus A. 1382. obsedit Taruisium, studuitque hoc fame expugnare. Ne vero hac vrbe potiretur, statuerunt Veneti in Francisci inuidiam eam cum suis finibus Leopoldo Austriae Duci publico nomine sponte tradere, qui hoc munus lubentissime etiam accepit, et Taruisium aduersus conatus Carrariensis defendit aliquandiu, sed demum illi persolutis CM. aureis et certis conditionibus concessit (f). Demum solicitante Aymone, Allobrogum Duce, pax inter Venetos et Genuenes eorumque foederatos coaluit, qua Franciscus Caputaggeris et Morentianum, oppida, Venetis reddidit, recepta turri Currania, et arces turreue ad fluviorum ostia, stagnorumque in agrum Patauinum exitus demolitus est (g). Paucis interiectis annis A. 1385. Franciso Carario et Antonio Scaligero Veronensi inter se acri bello decertantibus, praepotens I. Galeacius Vicecomes Mediolani, Carrario instigante, Scaligero bellum intulit, eique proelio superato a. 1387. Veronam Vincentiamque adenit (h). Inde Galeacius eadem arma contra Carrarium conuertit, quod ten-

n' eut fait amener auparauant les quatre cheuaux du portail de St. Marc; Idem ex annalibus MSS. reip. Venetae adducit initium literarum ad Franciscum a Senatu Veneto scriptarum his verbis: Magnifico e potente Signore Francesco da Carraria, discreto imperial vicario general, Andrea Contarini per Dio gratia Dose di Vinezia. Noi pregamo l' Altezza vostra, qualmente vi piaccia demandar vostre lettere de saluo condotto de venir alla presenza dell' Altezza vostra, aldendo liberamente li nostri ambassadori etc.

(f) Sabellicus Dec. II. lib. 7. p. 313, 316, 322, et lib. 8. p. 327. et Ennead. IX. lib. 9. p. 626. Iustiniani lib. 5. p. 91. 92. et lib. VI. p. 96. Verus p. 186. Blondus p. 384.

(g) vid, Sabellicus Dec. II. lib. 7. p. 323. Iustiniani lib. VI. p. 95.

(h) vid, Onuphr. Panuinius antiqu. Veronens. L. VII. p. 214. Sabellicus Dec. II. L. VIII. p. 328.

tentat et Barnabam Vicecomitem, aemulum suum (i) car-  
cere

- (i) Barnabas Vicecomes, Stephani F. natu minimus in divisione cum duobus fratribus Matthaeo et Galeatio II. accepit a. 1327. Cremonam, Cremam, Soncinum, Bergamum, Brixiam, Ripaltam, Caravagium, et pleraque minora oppida ad Benacum. Defuncto vero postea a. 1356 Matthaeo fr. potentior redditus est accessione nouae haereditatis aequissime disperitiae, Mediolano quoque scisso. Sortitus etiam erat Bononiam, sed hanc urbem ipsi intercepit Olegianus, quam frustra etiam illi armis eripere est conatus. A. 1378 obiit etiam alter frater Galeatus II, relicto filio et haerede Io. Galeatio. Barnabas vero anno insequenti inter quinque filios legitimos ditionis suae urbes et oppida aequaliter quidem, sed imprudenter, viuus diuisit. Cuius divisionis non alius fuit euentus, quam ut unusquisque eorum dolore nimis angusti patrimonii Io. Galeacio patrueli multo amplioris ditionis fortunam inuidiceret, et de eo euertendo consilia conferrent, matre Beatrice Scaligera impellente, quibus etiam post eius mortem pater se socium et adiutorem adiunxit. Ad minuendam quidem eorum inuidiam, tollendamque omnem simultatem, Io. Galeatus in matrimonium duxit a. 1380 Catharinam, Barnabae filiam, sed ab ea ipsa didicit, quam multae mortis insidiae sibi a sacerdo et affinibus fuerint intentatae. Barnabas tunc, utpote aetate maior, sedem habuit Mediolani, Io. Galeatus vero Papiae commorabatur. Ut itaque suae saluti consuleret, statuit collide structo dolo insidias saceri praevenire. Hunc ius finem quo securiores sacerorum et affines opprimeret, simulauit summum rerum diuinarum studium, remissamque regnandi curam, hacque ita simulans profectione religiosa adiit, quasi soluendi voti causa, Mariae virginis aedem multis miraculis inclitam in monte supra Varesium oppidum. Cum itaque ei e Ticino Mediolanum appropinquant Barnabas cum filiis Ludouico et Rudolpho, honoris quasi causa, obuiam iuissent, d. 6 Maii 1385. iussit Io. Galeatus eos inermes Vercelleni portas prodeuntes, ad D. Ambrosii xenodochium, dato signo, a suis equi-  
tibus

cere liberare (k), et parum fidelis in foedere contra Scaligerum ipsi visus fuisset. Cum eo igitur, Franciscum oppugnante, Veneti, memores veterum iniuriarum, socia arma iunxerunt, et omnia fere oppida ac castella in stagnis et ad fluviorum ostia sita feliciter occuparunt. Ex altera parte Io. Galeatius captis oppidis Patauio circumiectis paucorum mensium obsidione ipsum Patauium d. 24. Nou. 1388. in potestatem suam rededit, et Franciscum Carrariensem, Dominum VII ciuitatis, captum illico curauit in Modoeciano carcere custodiri, in quo d. 3. Octobr. A. 1393. mortuus est. Paulo ante, in hoc bello Mediolanensi periclitantibus Carrariensium rebus, Franciscus principatu se abdicauerat, eumque filio suo Francisco iuniori concesserat, qui vero ditionem facere coactus est. Ad extremum Taruissium subactum, quod, fractis hac ratione Carrriorum opibus, Venetis ex foede-

re

tibus comprehendere, et destitutos a suis ob commune odium, quod sua crudelitate sibi confluarent, in vicinam arcem Portae Zobbiae, atque ex ea postea in Tritianum castellum abducere. Ipse vero continenter armata agmina in urbem Mediolanum introduxit, atque ita incuruenta Victoria omni ditione Barnabae, ciuibus suis tam exosi, est potitus. Ad rei tam memorabilis improuisum nuntium obstupuit omnis Italia. Barnabas postea septimo carceris mense d. 18. Dec. eiusd. anni, actatis anno 66, veneno tinctis phascolis sublatus est. vid. P. Iouius in vita p. 154. Bergomas lib. XIII. f. 344. Dn. Im-Hoff in hist. Ital. et Hisp. Genealog. p. 178.

(k) Hanc causam belli tradunt Bergomas f. 350. Raphael Volaterranus L. IV. Geograph. p. 39. et Sabellicus hist. Venet. dec. II. L. VIII. p. 328. est hic sui oblitus Ennead. IX. lib. 9. p. 628. scribat: Causam illati belli autores, quos sequimur, non tradunt. *Captus quidem est, ut diximus, Barnabas anno 1385, et eodem anno vespere interemtus, bellum vero Io. Galeatii aduersus Franciscum 1388 ortum.* Sed fortasse ex neglecta antea hac iniuria hoc anno demum praetextum belli arripuit. Vel ipsi hoc anno primum inno-  
tuuerunt molitiones Francisci, quas bello uiciscendas censuit.

re traditum, Galeatus fortitus est Pataium, Feltrum, et Bellunum, Estensis Marchio, socius armorum in Carrarium, oppida, quae suorum maiorum fuerant, recepit (l).

**XVI.** Euasit autem ex hoc naufragio Franciscus iu*nior*, atque tamdiu apud Rupertum Bauariae ducem latuit, donec illi Italica con*sipiratio* in Io. Galeatum, omnibus sua potentia formidolosum, occasionem dederat recuperandi paternum dominatum. Hac enim per crebros nuntios accepta, ignoto habitu Venetas venit, exorataque Senatus clementia, beneficio armisque re*publicae* Venetae expulsis Vicecomitis militibus, d. 19 Junii a. 1390 vrbe patria potitus, et Dominus eius VIII factus est (m). Tranquille et pacifice regnauit vsque ad mortem Io. Galeatii, a. 1402. Eius enim arma plurimum extimuit. Post eius obitum vero maiores sumsis spiritus, et per omne nefas fines suos proferre studuit. Primo enim Guilielmum Scaligerum a. 1404 in principatum Veronensem reduxit, expulso Mediolanensi praesidio, sed eundem sibi familiarissimum virtutum post quindecim annorum imperium veneno sustulit, filiosque eius Brunorum et Antonium captos in oppido Montis Silicis carceri inclusit, sibi vrbis imperio fraude et caede vindicato (n). Deinde Vincentiam adortus est. Sed Vicentini, vt salui essent, detestantes Carrariensem dominatum, vltro se Venetis dediderunt.

F. Veneti

(l) Sabellicus hist. Venet. Dec. II. lib. 8. p. 328. et Ennead. IX. lib. 9.

p. 628. Iustiniani p. 96. Verus p. 188. Tomasinus de Gymn. Patau. lib. IV. p. 376. Blondus Dec. II. lib. X. p. 386. Bergomas f. 350. et 353. Platina hist. Mantuan. L. III. p. 200. Salomonius p. 15.

(m) vid. Sabellicus hist. Venet. p. 329. Ennead. p. 628. Iustiniani p. 97. Verus p. 91. Tomasinus l. c. Blondus p. 387. Bergomas f. 354. Platina p. 201. Salomonius p. 15.

(n) vid. Onuphr. Panuinius antiqu. Veronens. L. VII. p. 215. Platina in hist. Mantuan. L. V. p. 291. Sabellicus Ennead. IX. lib. IX. p. 635. Torellus Sarayna de origine et amplitudine ciuit. Veron. lib. IV. p. 222. in Italia illustrat. Francof. 1600. f.

Veneti ergo admonuerunt Franciscum, vt a Vicentinis suis dedititiis oppugnandis abstineret, qui illis minaciter respondit: Venetis nullum ius in continente competere. Irent et aestuariis ac paludibus suis contenti, pisationibusque dantes operam, sinerent eos in terra regnare, quibus antiquitus et merito imperia deberentur. Dictis addidit contumeliam, legatumque naso, et auribus illi praecisis, remisit. Veneti proinde, quia Carrarium nomen per se oderant, caeterum recenti iniuria adhuc magis irritati, bellum Carrario denuntiant, inita cum Francisco Gonzaga Mantuano armorum sociate, eumque terra et aquis adoruntur. In terra vero a duobus validissimis exercitibus Patauiinus Veronensisque ager est vexatus, quibus Carrarius longe impar Alberti Atestini, Ferrariae principis, auxilium implorauit. Nam Nicolao, Alberti filio, Carrarius filiam suam Liliolam collocarat. Veneti contra, vt nouum hostem domestico bello implicarent, illi fratrem Actium exulem, e Creta reuocatum, opponunt, et ad Ferrariam inuadendam omnibus viribus instruunt. Hoc periculo territus Albertus suam salutem anteposuit Carrarii discrimini, positisque armis acceptis a Senatu Veneto conditionibus pacem redemit. Debellato Etestensi bellum validius in Carrarium gestum, Veronaque illi ademta, ciuibus ob inuisam sibi Carrariensium dominationem, post longam grauemque obsitionem toleratam, patefactis repente portis, Franciscum Gonzagam, cum Venetorum exercitu ad primum vrbis lapidem subsidentem, intra moenia admittentibus. Jacobus Carrarius, filius Francisci, siue potius eius frater, nam vtrumque scriptum reperio, cui vrbis tuenda commissa erat, occulte fugam molitus, circa Padum interceptus, Venetiasque perductus est. Inde Gonzaga cum omnibus copiis Patauium mouit, qua de causa Carrarius rebus suis maxime periclitantibus pace subuenire est conatus. Sub fide igitur publica in castra Venerorum venienti propositae fuere hae pacis leges, vt Patauium cum suis finibus Venetis cederet, cum

cum liberis ad centum millia passuum inde habitatet, Iacobum filium sive fratrem, reciperet, secumque apportaret omne aurum, argentum, ac preciosam supellectilem, donoque insuper a Venetis acciperet aureorum nummum sexaginta millia; sed has ut iniquas respuit. Summo itaque impetu Patarium est oppugnatum, et demum intempesta nocte scalis admotis, facto insultu ad portam S. Crucis, expugnatum. Fugatus in arcem Franciscus coram de deditione aequis conditionibus facienda cum Galeatio Grumello, alterius exercitus Veneti imperatore loqui desiderauit, sed hic eum ad Senatum Venetum ablegavit, qui maioribus rebus se occupatum dixit, eumque audire noluit; misit tamen ad Mestram usque, qui ex dignitate reipublicae cum victo tractarent. Sed neque hic res fero mota per multas altercationes ad eum extum perduci potuit, quem Carrarius optauit. Sine pace itaque in urbem reuerso ciues pertinaciam inconsultam exprobrarunt, et fessi fame et bello diutius haud reluctantem in Venetorum manus dediderunt d. 17. Nou. 1405. Venetias cum filiis Francisco et Guilielmo in vinculis perductus, et carcere ad tribunal principis vocatus, supplex flebili voce inclamauit illud psalmi: *Peccavi, Domine, miserere mei.* Princips autem respondit: *Eam in hac tua fortuna a nobis misericordiam percepturus es, quam ingratitudo, perfidia, et foeda crima merito exposcunt.* Cui regessit Carrarius: *Non est licitum seruo respondere domino suo.* Retractus in carcerem d. 2. Ian. a. 1406 immisso carnifice iussu patrum cum fratre Iacobo et filiis est strangulatus. Caeteri filii, Vbertinus et Marsilius, priusquam Veneti sunt viba potiti, in Hetruriam abiecti. Ex his Marsilius ausus res nouas moliri, a. 1410 est caecus, in quo omne Carrariensis familiae genus extinctum est. (o)

F 2 XVII. Is

(o) *De hoc ultimo bello, quo dominatus Carrariensis sublatus est,*  
vid. Sabellius hist. Venet. Dec. II. lib. 8. p. 333 - 341. Emead.

IX.

*Finis dominatus Carrariensis in Patau. civitatis attulit Venetae potentiae incrementa.* Is Carrariensis familiae et dominatus in Patauina ciuitate tragicus finis fuit, cum ex ea gente octo Dominii Paduae per annos LXXVII magna autoritate et potentia florissent. Veneti scriptores de Franciso multa immatnia flagitia tradunt, e. g. eum molosso aluisse, quibus miferos ciues ex leui causa laniandos detorandosque obiecisset, extare adhuc in decemvirum aula Patauui scorpiones duos non parui ponderis, quibus ille familiares hospitesque ad colloquium fraude inuitatos peracutis spiculis transfigere confeuerisset. Sed fortasse omnia in hostem licere, etiam ipsis videtur. Ex Carrariensi ditione subiugata multis praeclaris urbibus ac municipiis respublica Veneta est aucta, Vincentia, Verona, Lenino, Colonia, Feltro, Belluno, Bassano, Afolo, Arezzo, Citradella, Patauioque, sumtusque vicies centenorum aureorum nummum millium in hoc bellum impensi ei ex tot bello partis oppidis largiter sunt restituti. Haec ergo Carrariorum in dominatu Patauino a Iacobo Grandi, cuius numisma exhibui, ad Franciscum iuniorem successio, variis eventibus memorabilis, plurimum facit ad cognoscendam originem minorum principatum in Italia, et incrementa reipublicae Venetae intelligenda.

*Nicolai Carrarii res.*

**XVIII.** Suprain Marsilii I rebus §. VIII. mentio fuit injecta Nicolai cuiusdam Carrarii. Quoniam vero eius non minus celebre est nomen in historia Patauina, quam omnium aliorum Carrariorum, quos antea recensui, paucis de eo quoque dicendum est. Fuit ille filius Vbertini, iuuenisque ordinariam praeturam Bononiae summo cum honore gessit affidente sibi Rolando Placiola, Iureconsulto clarissimo. Fuit

vir

IX. lib. 9. p. 633. Scardeonius f. 287. Salomonius p. 16. Iustiniani hist. Venet. lib. VI. p. 99 -- 103. Verus rerum Venet. lib. II. p. 193. Platina hist. Mant. lib. IV. p. 288. et lib. V. p. 290. Tomasinus de Gymnasio Patau. lib. I. c. 5. Raph. Volaterranus Geograph. lib. IV. p. 39. Bergomas lib. XIV. f. 355. Amelot de la Houssaye hist. du Gouv. de Venise T. II. p. 500, qui ad hist. Msr. prouocat.

vir excuso animo , acerrimo ingenio , non mediocri erudi-  
tione , bonis lateribus , statura procula . A. 1308 nomine  
rei publicae Patauinae functus est legati munere ad Albertum  
Imperatorem , et ab eo militiae dignitatem domum retulit.  
Postea domi forisque contra rebelles et hostes acriter de-  
certando se salutis patriae amantissimum praefecit , et in pri-  
mis cum Patauium a. 1320 a Cane Scaligero subito oppu-  
gnaretur , vnicus urbis seruator extitit . Nam locum intra  
vallum post viridarium D. Iustinae iam ab hoste per dolum  
occupatum , eo profigato et depulso recuperavit (p) . Ob hoc  
egregium meritum a grata ciuitate erga tantam virtutem non  
solum publice laudatus , sed etiam turri magna et latifundiis  
in vico Ceruaresio , quod Castellare nunc appellatur , dona-  
tu*s* est . Antea iam habuit luculentas possessiones in agro  
Patauino , vti cognoscimus ex tabulis feudalibus Friderici  
Austriaci imperatoris illi datis , quae hodienum amplio marmo-  
ri insculptae ad fontem , vbi balnea S. Helena*e* , leguntur (q) .

F 3

Sed

(p) *Cortusii lib. I. c. 14.* Dominus Canis semper cogitans Paduam oc-  
cupare vi vel fraude Vicentia secrete equitauit ad Castrum , et  
ait quibusdam Paduanis extrinsecis : hodie potestis in ciuitate pro-  
pria triumphare ; placeat ergo vobis circa introitum ciuitatis vires  
vestras ostendere . Qui statim per Rostam factam iuxta viridarium  
S. Iustinae ciuitatem intrauerunt furtive , quosdam vero custodes  
dormientes occiderunt . Cum iam ciuitas esset iuxta mortem , sti-  
pendarius quidam Parmensis versus eos subito insultauit , et ad re-  
sistendum inhabilis Domino Nicolao de Carraria obuiauit , cui ait :  
Occurrите subito contra hostes , ne ciuitas submergatur . Tunc ille  
cum quibusdam fecit insultum , et Dei auxilio mediante compulit  
eos fugere sine ponte , quorum aliqui in foueis submersi fuerunt ,  
aliqui deformiter truncati , nudi tracti fuerunt per plateas , nec tra-  
diti sepulturae . Fuit hoc MCCCXX die III Junii .

(q) *Has refert Salomonius in inscriptionibus Agri Patauini p. 371 et*  
*372 , non quidem sine mendis , quae vel iniuriae temporum , vel*  
*incuriae*

Sed longe potentior factus fuit in ciuili discordia postea exorta, in qua sibi rotum agrum Patauinum subiecit. Nam aegerime tulit, sibi, tunc in Carrariensi familia, annis, meritis, et autoritate longe maiori, Marsilium in principatu Patauino post mortem Iacobi Grandis praelatum fuisset. Ex dolore huius iniuriae itaque, et quod quidam eius amici et clientes in exilium missi fuissent, quasi de prodenda civitate et nece procerum cogitassent, qui tamen Carrariorum defensores in tumultu contra Paulum Dentem fuissent, Patauium a. 1327 sponte reliquit (r), et ex constanti patriae defensore

*incuriae describentis, paulo enim altius a terra extant, debentur, et his verbis conceptae sunt :*

Fridericis D. G. Romanorum Rex Imp. Aug. vniuersis Sac. Rom. Imper. fidelibus praesentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Toties regiae celsitudinis sceptrum altius extollitur, quoties fidelium deuotorum vota benigno prosequitur affectu, et ipsorum iura et gratias seruandas longiflua principis clementia inuenitur. Considerantes itaque Nob. viri Nicolai de Carraria, natique Nob. Viri Vbertini de Carraria nostri et imperii fidelis dilecti, grataque nobis et imperio — — — exhibere potuerit obsequia, et ut in deuotissimi et fidelitatis zelum erga nos, et sacrum imperium ferventius attendatur, ipsum de districtu, et omni iure, et iurisdictione nobis, et imperio in terris suis, et aliorum de domo sua pertinentibus, et de monte Stupae, qui Baineum S. Elenae dicitur, cum omnibus suis pertinentiis recepto ab ipso fidelitatis et homagii sacramento ex speciali gratia inuestimus, et benignitate regia infeudamus, dantes sibi super eo praesentes nostri regalis sigilli munimine roboratas. Datum in Demburgh IV. Kal. Mart. anno D. MCCCXX. regni nostri VI.

Bartholomeus filius pacis Hospitis Sac. Pal. Imperial. auctorit. Not. et Officialis exemplaruit 1352. indic V. die Mart. secunda Mens. Ian.

(r) *Hunc annum diligentissime notant probati scriptores, Anonymus*  
*iii*

sensore accerrimus eius oppugnator factus est. Consiliis enim collatis cum Paulo Dente, et ceteris extorribus Patauinis, antea suis inimicis (s), tunc vero sibi reconciliatis, conducto

*in codice Molinæo post Roland.* MCCCXXVII. Item mense Iuli D. Nicolaus de Carraria exiuit. Paduam simul cum Rizardo de Camino, et auxilio D. Canis, et Marchionum Este, et Boualenta reclamauerunt communij Paduae. *Cortusii lib. III. c. 12.* Propter confirmationem Paduanorum, de qua feci superius mentionem proximo sexto capitulo Dominus Nicolaus de Carraria iuit Venetias: asserebat enim eos esse confinatos ad eius iniuriam. De Padua exiuit in MCCCXXVII die II. Iulii. Societatem vero fecit cum D. Cane contra Paduam et Paduanis etrinfecis, unde domus eius in Padua spoliatae fuerunt et destructæ. Eius filii Iacobinus fuerunt conducti in Alemanniam carcerati. *Et lib. III. c. 13.* Dominus de Ouenstagno Iacobum et Iacobinum filios D. Nicolai de Carraria conduxit in Romaniam vinculatos die XV. Decembr. quos post duos annos D. Nicolaus traxit de carceribus A. MCCCXXIX. Eadem dicit Iacobus Salomonius in inscript. agri Patau. p. 392. scriptoribus fide dignis citatis. *In primis Albertinus Mussarius libro XII. et ultimo de bellis pop. Patau, fugam Nicolai, et artes, fraudesque, et sceleras Carrariensis, Marsilius præcipue, nec non Teutonicorum describit, inniquiori forte animo ob partium studium. Mitius enim scribere exul uix poterat. Ultra gestas A. 1329. non progreditur. Nam eodem anno vlt. Maii Clodiae obiit.*

(s) *Anonymous in Codice Zabarelli post Roland.* A. 1325. Item die lunae XXVII. mensis Iunii post nonum mortuus fuit gladiis D. Guilielmus de Dente q. domini Vitaliani per manus dominorum Vbertinelli et Rizardi dicti Tartari de Lendenaria et per suos familiares, qui Vbertinellus de Carraria et Tar-tarus, condemnati fuerunt secundum formam iuris et statutorum communis Paduae ad decapitandum per supra dictum dominum Polionem Potestatem die Mercurii post nonum decimo nono dicti mensis Iunii: Et postea die dominico post prandium XXII. mensis Septem-

ducto milite omnem agrum Patauinum repentina inuasione occupauit, ipsiusque urbis oppugnationem instruxit. Ob hoc periculum imminens maturauit Marsilius nuptias Thadeae cum Mastino Veronensi, et Cani Scaligero pro dote Patauium pacifice a. 1328 tradidit. Patauio Scaligeris concesso, Nicolaus dimisit exercitum, Venetasque frustratis consiliis rediit. Inde Clodiam migravit, vbi reliquum vitæ tempus tranquille in otio literario peregrisse fertur (t). Dicitur a scriptoribus Nicolaus Dominus territorii Patauini ob fundos, praedia, et clientelas, quas plurimas amplasque habuit in agro Patauino, etiam ante bellum ciuile. Tribuitur illi hic titulus in literato saxe Patauino (u), et metallio infra adducendo. Annus mortis eius videtur esse valde dubius. Scardeonius (x) dicit eum obiisse

Septembri campana magna communis sonauit ad martellum, et confalones fratalearum cum suis Frataleis, et populo iuerunt ad plateam propter rixam et proelium, quae erant inter Paulum ex una parte, et Carrarense cum multis sequacibus ex altera, et ibi fuerunt vulnerati dominus Nicolaus de Carrara, et Obizo de Papafauis in faciebus, et D. Marsilius, qui Dominus Porenzani discavalcatus, et Paulus Dente aliquantulum vulneratus, et non potuit obtinere, ita quod fugit, et Carrarense obtainuerunt. Tomasinus de Gymnasio Patav. L. IV. p. 366. A. 1325. de 12. Sept. Pauli Denti insultus ad S. Martinum in aedes Papafauiorum Carrariensem factus, sed resistentibus familiaribus, foribus clausis, in forum armatus rediit, vbi pugna ciuilis committitur et Carrrienenses vincunt.

(t) Omnes hos motus diserte describit Scardeonius p. 276. praeter antea allegatos Muffatum, Cortusos, Salomonium etc.

(u) ap. Tomasinum in inscript. Patav. p. 355. sub Podiolo praefecti:

Dominus Nicolaus de Carraria secundus  
Dominus Paduani districtus et nunc Paduae.

(x) in antiqu. Patav. p. 276. Primo Venetiis salutis anno MCCCXXVI sepul-

ccione

obus

rsilius

*Grandis D. I.*

1318. m. d. 22.

324. vx. Anna

ri Gradonici

*Marsilius I. eti.*

*Marsilius*

*Patau. a.* Milion

d. 6. Maii n. et m.

a. 1321.

Petrus Porenzanus

*Marsilius I. Maior*

*D. II. Patau. a. 1327*

et 1337. m. d. 21. Mart.

1338.

sato

die.

Nicolaus. Vbertinus.

*SCHEMA GENEALOGICVM*  
De successione Carrriorum in dominatu Patauino.

Marsilius de Carraria nobilis Patauinus floruit a. 1150.					
Iacobinus, vx. Maria F. Alberti de Baene					
Albertinus	Iacobus, decollatus ab Ezzelino 1240.	Marsilius	Vguccione		
Iacobinus Papafaba vx. Allionora Maltrauerfa		Bonifacius	Iacobus		
Albertinus	Vbertinus	Iacobinus	Marsilius	Jacob° I. Grandis D. I.	Petrus Porenzanus
Rinaldus	Nicolaus Dominus territorii Patauini a. 1324. n. d. 18. Octbr. a. 1344.	Vbertinus D. III. Patau. a. 1338. m. d. 9. Martii	Thadea nupta Milion	Pat. a. 1318. m. d. 22. Nou. 1324. vx. Anna F. Petri Gradonici D. Veneti.	<i>Marsilius I. Maior</i> <i>D. II. Patau. a. 1327</i> <i>et 1337. m. d. 21. Mart.</i> 1338.
Marsilius II. minor sive Marsiliettus D. IV. Patau. a. 1345. caefus d. 6. Maii ei. a.	Iacobus m. 1347. defrusus in castellum Pendicis a Iacobu II. D. Patau.	Iacobus II. Iacob° D. VI d. v. Pat. a. 1350. m. d. 23 a. 1345. cae- sus d. 22. coniectusa. 1370. Dec. 1350. 1354. m. a. vx. Con- stantia de Pollenta.	Beatrix in carcere Maii a. ligero d. 26. Nou. 1328.	Martino Sca- n. et m.	
Albertinus et Iacobus a. 1364. e carcere liberati					
Opizo Pinaldo fator familiae Papafabae ho- dienuum inter patritios Ve- netos florentis					
Franciscus I. sen. D. VII. et vlt. Patau. a. 1390. strangulatus in carcere a Venetis d. 2. Ian. 1406.	Franciscus I. sen. D. VII. Patau. a. 1350. captus d. 24. Nou. 1388. m. in carcere d. 3. Oct. 1393. vx. Fina Buzzaccarena F. Patari Equ.	Guilielmus spurius. occidit a. 1371.	Marsilius.	Nicolaus.	Vbertinus.
Vgolinius, m. 1389. Idibus Iunii.	Valburga, Abbatissa S. Aga- thae et Ceciliae Patau. m. 1405. 15. KL. Sept.	Iacobus, praefectus Ve- ronae, strangulatus d. 2. Ian. 1406.		Petrus vx. Vrfula Contarena m. 1405. d. 6. Aug.	
Franciscus et Guilielmus cum patre strangulati.	Vbertinus, exul.	Marsilius, exul, occidit 1410.	Liliola. marit. Nicolaus Esten- sis, Princeps Ferrar.	Stephanus nothus, Episcopus Pataui- nus, Aprofinus, et Triuicensis, † 1409. d. 10. Iul.	



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-767305-p0055-7

DFG



obiisse a. 1326. Contra epitaphium (y) et Cortusii (z) expressis verbis mortem eius referunt in A. MCCCXLIV. Quoniam vero res gestae Nicolai in anno 1327 antea fuerunt demonstratae ex scriptoribus luculentis, in primis ex Mussato coaevo, et Nicolai in exilio socio, euidentissimum est Scardeonium in designando anno, quo Nicolaus obiit, aberrasse. Caeterum subiicio schema genealogicum ad successionem Carrarianorum in dominatu Patauino eo clarius representandam. <sup>13</sup>

**XIX.** Sed ut denique ad ipsum numisma Carrariense ex diuerticulo reuertar, statuo hoc esse inter recentiora metallia omnium vetustissimum non absolute quidem, sed <sup>Antiquitas  
numismatis  
Carrarian-  
sis adseri-  
tur.</sup>

## G

sepultus est in templo fratrum minorum. Postea vero anno salutis MCCCXLIII, ab Ybertino Carrariensi, inuitis etiam fratribus Minoritis, et contra ecclesiae ritum, eam sibi iniuriam illatam doleantibus, Patauium translatus est, et in basilica D. Augustini depositus.

(y) *Hoc exhibent ex lapidea tabula prope aram B. Virginis in templo D. Augustini Tomasinus in inscript. Patau. p. 36. Iacob. Salomonius in inscript. agri Patau. p. 71. hoc tenore:*

Strenuus hic miles mores indutus heriles,  
Armis militiam decorans, virtute sophiam,  
Cui dat cognomen Carraria nobile nomen,  
Compulsus Parca Nicolaus in hac iacet arca  
Mille trecentis quatuor quoque denis

Ad hunc mors venit Octobris unde vigenis,

*Adducit hoc etiam Scardeonius p. 276. interpretatur de trans-  
portato Venetiis Patauium Sarcophago Nicolai, de quo paulo ante.*

(z) *lib. VIII. c. 14.* Eodem anno MCCCXLIV. mensē Octobris Dominus Nicolaus obiit, et in habitu fratrum minorum voluit sepeliri. Cuius corpus per Iacobus eius filium translatum in ecclesiam S. Augustini in pretioso monumento Paduae requiescit. Fuit miles pulcher et probus, quem Federicus Dux Austriae nunc dicitur Romanorum Rex, militem fecit.

30  
in relatione ad ea metallia, quae hactenus in nummophylaciis post restitutionem artis numismatica pro primis habita sunt (a). Est magni moduli, ex cupro formatum arte fusoria more illius temporis, cum artificium cu-  
den-

(a) *Abbas Bizotus nummum notissimum illum Hussiticum pro primo recentiorum venditat in praefat. T. I. hist. numismat. reip. Holland. his verbis:* A l' egard des modernes elles ont ete fabriquées dans l' Europe Chretienne depuis que la domination des Gots y a été éteinte, et que l' Architecture, la sculpture, la peinture, et la graueure,y ont refleury : la premiere frapée est celle de Jean Hus en 1415, et si l' on en voit de plus anciennes, elles sont fausses ou restituées, nous n' en trouvons point en France de frapées avec l' effigie du Prince auant le regne Charles VII. la premiere quia vn buste est de celle de Charles VIII. et d' Anne de Bretagne, que la ville de Lion leur offrit en 1494. nous avons seulement des monnoyes qui iustifient depuis douze cens ans les trois races et la succession de nos rois, ce que n' ont point les autres monarchies. On doit aussi mettre au rang des monnoyes vne pièce de Charles Comte d' Aniou, qui étoit Frere du Roi Saint Loiis, et qui re-gnoit en Sicile en 1266. Cette piece qui ne se trouve qu' en or, a toujours passé pour vne monnoye, quoi qu' elle soit frapée à la maniere des medailles antiques, et qu' elle ait plus de relief, que les monnoyes ordinaires. *Longe accuratius de primo inter recentiora metallio disquisuit gnarus et idoneus horum ci- meliorum existimator, et restitutor pristini decoris in metallis, quibus Caesaris Augusti optimi maximique res maximas illustrat, celeberrimus Dn. Carolus Gustavus Heraeus, Sacrae Caesareae et Catholicae Maiestati a consiliis et antiquitatibus, in epistola ad Ter- tzelium, subiuncta Nummophyl. Sax. P. II. lineae Ernest. p. 438.*  
*in cuius §. XI. p. 452. ita suam sententiam de primo metallio pro- fert :* Eorum, quae meis quidem oculis obiecta sunt, indubiae antiquitatis pri- mun est fusum magnit. 2. incliti toga fagoque heros Nicolai Marchionis Estenfis Ferr. pronepotis illustris Azonis, a quo Sereniss. Duces Luneb. genus ducunt. Cuius, vt pote in aetate praetextata a. 1393. patris in locum suffic-

dendi numismata Seculo XVI. demum sit in Italia exculatum (b). Aevo Carrariorum id fabrefactum esse, indicant genuinae notae, aerugo, ruditas formae anaglypticae, simplicitas figurae, et literarum obtusi characteres, quos sculptor tam adaequate exprimere non potuit, vt moduli magnitudinem. Restitutum nemo pronunciabit, qui in memoriam reuocabit excidium gentis Carrariae A. 1405. factum, et Venetorum in eam inexpiable odium, quo etiam deleta sunt insignia in sepulchro antiquo Carrariorum prope templum St. Antonii (c), ad plane abolendam memoriam sibi tam infensissimi nominis. Hinc firmiter mihi persuadeo Venetos nunquam permisstros fuisse restauracionem honorum dominorum Carrariensium in metalliis. Carrarios vero ipsos non abhoruisse a celebranda et perpetuanda nominis factorumque fama per metallia, ostendunt etiam alii tres nummi Carrarienses, quorum ectypos plumbeos tantum vidi. Primi metallii aduersa pars Nicolai Carrarii habet iconem titulumque his verbis:

G. 2

NICO.

sufficti, et iam a. 1441. act. 58. rebus humanis crepti, inueniuntur facies imberbis, et minus comata, quam in aliis imaginibus apparet, possit nummum conjectura antiquorem effigere; Nisi auersa, quamvis nullis notata fatis, et in area floribus conserua nihil praefer scutum formae, vt dicitur, Gallicae S. infra cuspidae, quadrupartitum, atque in eius laterculo 1. et 4. Scutum Gallicum distinctum limbo dentato: In 2. et 3. autam aquilam Elfensem, adiectis ex vtraque partelite monasticis N. M. (Nicolaus March.) exhibens, doceret consuetudinē esse hoc numisma an. 1432, que Carolus VII. R. Galliae ingentia merita istius Marchionis regio, insigni ornauit. etc.

(b) Ars fingendi similitudines ex argilla, gypso, cera, quae plastice dicitur, ab Ital. restaurata et exculta restituta etiam possibilissimum artem metallia conficiendi per fashionem primo, quod manu sepe produnt extantiores ectyphi in operibus Pisani pictoris, Sperandei, lo. Fr. Enzolae Parmensis, quibus antiquissimis rei nummariae restitutae monumenta in fructuissima nummophylacia superbunt. Primus hos ausus ad eminentiores cereas formas metallia confundi insigniter promovit Victor Camelius s. Camilio, qui Graecanicas Romanaque artem primus aemulatus esse videtur Caleberrimo Heraeo. l. c. §. 1. p. 440. marculi cuendis elegantioribus anaglyptis; meninit quoque numismatis in theca nummaria Schubarzburg. extantis, in quo legitur: Victor Camelius sui ipsius effigiatore MDVIII. Post Camelium antiquam artem caelandi numismata excoluit lo. Caenius, Paduanus, et prisorum Caesarum, multorumque aetatis suae virorum clarissimorum imagines, maiori adhuc artificio et nitore, cuendendo exprefit. Vixit a. 70. m. 4. obiit 1570. Non. Septemb.

(c) Tomafinus in monument. Patav. p. 301. Salomon, inscript. viib. Patav. p. 31. et 353.

12. SCHEDIASMA HIST. DE NUMISMATE IAC. GRAND. DE CAR.

NICOLAVS DE CARRARIA II TERRITORII PAT.

Do ANO. MCCCXXIII

auersa ostendit scutum Carrariense cum epigraphe

OBIIT ANNO DO. MCCC X....

Hoc numisma sua magnitudine aequat metallum Iacobi Grandis, de quo locutus sum. Alterius metalli longemioris antica sifist effigiem Francisci II. iunioris de Carraria obliquam, capite nudo et crispato, cui literis monachalibus inscriptum;

FRANCISCI DE CARRARIA

Postica exhibit carrum Carriorum cinctum fertu cum hac perigraphie:

DIE. IQ. IVNII. RECVPER. AVIT. PADVAM. . . .  
In fine occurunt adhuc quidam characteres, fortasse notam anni exprimentes, sed lectu difficiles, Carri utrique lateri intra fertum apposita conspicitur litera R. In tertii numismatis eiusdem moduli priore facie spectatur carrus Carriorum cum titulo

FRANCISCVS DE CARRARIA,

in posteriore occurrit avis monstrosa, cornuta, caudata, gra-  
diens, expansis alis, inscriptis verbis

SEPTIMVS DVX PADVAE

Metallum vero Iacobi Grandis de Carraria laudatum, atque in hoc schediasmate exhibitum et illustratum, adduxerunt secum ex Italia Illustres Domini HIERONYMVS GVILIEL-  
MVS & IOANNES CAROLVS EBNER AB ESCHEN-  
BACH, illustris S. R. I. liberae Reipublicae Norimbergen-  
sis Senatores consulares splendidissimi, ad promouenda literarum studia nati et facti, atque in suum locupletissimum nummophylacium repofuerunt, ad quod aditus nulli, pro summa Eorum in omnes doctos et hospites benevolentia, denegabitur, qui desiderio flagrabit hoc numisma accurati-  
us pernoscendi, in eiusque genuinas notas inquirendi.

Augebit praesentia famam.

F I N I S.

Tm 1153

ULB Halle  
007 362 668

3




VP 78

mlc



B.I.G.



Q. D. B. V.

IO. DAVIDIS KOELERI P.P.  
SCHEDIASMA HISTORICVM  
DE

NVMISMATE  
IACOBI GRANDIS DE CARRARIA  
DOMINI I PATAVII  
INTER RECENTIORA FORTE VETVSTISSIMO  
EXPOSITA SIMVL  
SVCCESIONE CARRARIORVM  
IN DOMINATV PATAVINO  
AD ILLVSTRATIONEM HISTORIAE  
SECVLPI P. C. N. XIV.



ALTOFI NORIC.  
APVD IOD. GVIL. KOHLESIVM BIBLIOPOL. ET TYPOGR. ACAD.  
A. O. R. CI 10CCXVII.

